a se primo perfectum habet exhibendum, vel hac in primis ratione auditorem inducit. Præterea purum se ab invidia atque fastu ostendit, qui excellens hoc et præcipuum cum discipulis commune esse vellet, neque iis prætere cureret, sed in omnibus eos sibi exæquare. Habeo et tertiam causam dicere. Quamnam? Videbatur res difficilis esse, nec multis facilis; itaque volens eam facilem declarare, eum, qui id opus absolvisset, in medium adducit, ne admodum laboriosum crederent, sed ducent intuentes et ipsi animis aucti eandem viam inirent. Idem et alibi facit. Nam Galatas alloquens, iisque legis timorem eximere stidens, quo ad antiquam consuetudinem ferebantur, pleraque ad eam pertinentia servantes, quid dicit? *Estote sicut ego, quia et ego sicut vos* (Gal. 4. 12). Ac quod ait ejusmodi est: Nihil sit, inquit, quod dicatis, me respicientem nunc jam et genibus, metus ex legis violatione ignarum, suaviter hæc omnia vobis philosophari; et ego enim ut vos aliquando servitutem hanc servi, subjectus legis jussis, præceptorum observationes exsequutus; sed postquam apparuit gratia, totum me ab illa ad hanc contulit. Ne jam ea res est transgressio, cum in alius viri manum convenerimus (1b. 1. 13). Quare non est quod quisquam dicat, alia facere me, alia monere, aut securitate mihi quæsitâ vos in periculum dare. Nam ai periculum ageret, non me equidem prodidisset, non salutem meam neglexisset. Igitur ut illic se exemplum proponens metum solvit: ita et hic se in medium adducto sollicitudine liberat.

XXXVI. *Virginitatem modestiæ causa ab Apostolo donum appellari.* — Sed habet, inquit, proprium quisque donum, alius quidem sic, alius vero sic (1. Cor. 7. 7). Vide hic mihi apostolicæ humilitatis signum nusquam perditum, sed ubique serio elucens; Dei donum appellat suam virtutem, et in quo uul tum desudavit, id omne Domino tribuit. Et quid mirum si id in continentia facit, cum de prædicatione etiam disserens, pro quo mille labores, perpetuas afflictiones, inenarrabiles ærumas, quotidianam necem suscepisset, idem usurpet? Quid ergo de eo dicit? *Plus illis omnibus laboravi; non ego autem, sed gratia Dei mecum* (1. Cor. 15. 10). Non partim suum, partim Dei censet, sed totum Dei. Hoc grati servi est, nihil proprium ducere, sed omnia heri; nihil suum putare, sed omnia Domini. Atque idem facit alibi. Nam cum dixisset, *Habentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes* (Rom. 12. 6), in orationis progressu magisteria, liberalitatem ac largitiones in iis numerat; quæ virtutes, non dona esse, facile omnes intelligunt. Hæc autem ideo disserui, ne dicentem audiens, *Proprium quisque donum habet*, concidat, ac tecum sermocinere: Opera mea hic nihil opus est; id donum Paulus nominavit. Nam modestiæ causa, non qui continentiam donis accensere vellet, ita loquitur. Neque enim et secum et cum Christo pugnat; non cum Christo dicente, *Sunt eumachi, qui seipso propter regnum cælestis castrarunt* (Math. 19. 12); atque addente, *Qui potest capere,*

<sup>1</sup> Hic non pauca deerant in Morel., quæ ex Reg. et Savil. suppleantur.

<sup>2</sup> In Reg. veritum, continentes, deest.

*cupiat* non secum, qui viduatae amplexas, sed in eo proposito persistere nolentes damnat. Nam si donum est, cur eis comminaris, dicens: *Damnationem habent, quia primam fidem irritam fecerunt* (1. Tim. 5. 12)? Nusquam enim Christus dotes non habentes punivit, sed ubique vitam rectam non exhibentes, adeoque quod potissimum requirit, vita est optima, et actiones irreprehensae. Donorum autem distributio posita est non in accipientis optione, sed in donantis arbitrio. Itaque prodigia patrantis Christus adeo non laudat (*Luc.* 10. 20), ut etiam discipulos ea re gloriantes ab eo gaudio removeat, monens ne gauderent damnationi sibi subijci. Nam qui beati praedicantur ubique (*Matth.* 5) misericordes sunt, humiles, mites, animo puri, pacifici, qui haec omnia atque iis similia praestant. Quin ipse etiam Paulus praerara sua facinora recensens, in iis et continentiae meminit; iis enim verbis, *In multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustia, in plagis, in carceribus, in laboribus, in seditionibus, in vigiliis, in jejuniis, addit, In castitate* (2. Cor. 6. 4. 5. 6): minime id facturum, si donum esset. Cur autem et mordet eam non habentes, intemperantes eos vocans? cur qui virginem suam non elocat, rectius facit? cur beatorum vidua, si sic manserit? Nam quod jam dixi, non prodigiorum, sed actionum beatitudines sunt, quemadmodum et poenae. Quo pacto, inquam, eadem cohortans perseverat, si id in nobis non est, nec post divinum favorem operam etiam nostram desiderat? Ei enim sententia, *Volo omnes homines sic esse, ut ego sum, continentis iterum subdit, Dico autem non nuptis et viduis, Bonum est illis, si sic permanent, ut ego* (1. Cor. 7. 7. 8), iterum se proponit eadem de causa. Nam qui exemplum habere proximum et tamquam domesticum, facilius virginitatis labores erant ausuri. Quod si et supra inueniens, *Volo omnes sic esse, ut ego sum, et hic, Bonum est, si sic permanent, ut ego*, neutro loco causam adjecit, ne mirare; neque enim id ex arrogantia facit, sed ratus satis esse causam sententiam suam, qua ductus rem perfecisset.

XXXVII. *Multas esse molestias in secundis nuptiis.*— Quod si quis rationes etiam postulat, primum mihi omnium mortalium existimationem, tum quae licet usu veniant, indaget. Nam cum legumlatores nec matrimonium ea castigent, et permittant etiam ac concedant, multa et a multis cum doni, tum in foro in eos jactantur dicitaria, reprehensiones, maledicta: quippe eos aequae ac perjuros vulgo, ut sic dixerim, declinant, neque aut amicos habere, aut cum iis pacta conventa firmare, neque aliud quidquam audent credere. Et enim cum eos vident tantae consuetudinis, amicitiae, familiaritatis ac societatis memoriam tam facile ex animo depone, ea iis cogitatio quemdam quasi torporum offundit, ut non temere eos candidè admittant, seu leves atque versatiles. Neque ob haec solum eos avervantur, sed etiam propter rerum gestarum inusuavitatem. Quid enim, quæso, injucundius est, quam post gravem luctum, ploratus, lacrymas, sordidam conam, pullum anictum, subito plausus, tori nuptia-

les, strepitus a priori diversus, velut actoribus in scena ludentibus, ac hoc nunc representantibus? Nam et illic eundem videre est interdum regem, interdum omnium pauperimum: et hic, qui pridem ad tumulum volutabatur, repente prodiit sponsus; qui conam vellet, rursus eodem capite coronam gestat: dejectus ac moriens, et qui saepe plorans apud eos qui se consolarentur defunctae laudes usurpavit, ac vitam sibi vitalem negavit, isque qui se a lamentis abducerent succensuit, plerumque inter eos ipsos iterum comitur ac renidet, et oculis pridem lacrymantibus, iisdem ridens eos intuetur, ac quo ore cuncta haec paulo ante abjurabat, eo nunc ablanditur ac salutat omnes. Omnium vero tristissimum est bellum liberis creatum, filialis domestica læna; nam id omnino est noverca. Hinc quotidianum dissidium atque pugna; hinc inusitata et insolens adversus innociam concertatio. Nam vivi et invident et invidentur; cum mortuis etiam hostes reconciliantur. At non hic, sed pulverem atque cinerem invidia petit; odium in defossam ingens, contumeliam, convicia, accusationes ei quae in terram dissoluta sit, implacabiles inimicitiae cum ea quae nihil læserit. Quid amentia haec et barbarie foedus? Injuria a defuncta non affecta: quid dico, injuria affecta? imo vero ejus laboribus fruens ac bonis gaudens, cum ea velut cum umbra belligrandi finem nullum facit: et eam quae se nihil læserit, saepe etiam sibi nec conspectam, mille in dios maledictis læcessit; atque eam quae non existit, in prole ejus ulciscitur; ac contra eam virum armat, ubi ipsa nihil pericit. Atque haec tamen hominibus facilia atque tolerabilia sunt visa, modo ne libidinis tyrannidem ferre cogentur. At non virgo ad hunc confictum trepidavit, nec praelium declinavit, quod vulgo adeo intolerabile videatur, sed fortiter resistens naturae insultum sustinuit. Quis igitur eam pro merito suspiciat, quando alii etiam alteris nuptiis opus habent, ne urantur; haec neque unis contractis perpetuo sancta et illæsa est? Propter haec et in primis propter repositos viduitati in caelis thesauros, qui loquentem in se Christum habere, dicebat: *Bonum est illis, si sic permanent, sicut et ego*. Non potuisti ad summum gradum conscendere: at proximo ne excidas. Hoc solo virgo tibi praestet, quod illam libido ne semel quidem expugnavit, te prius superatam perpetuo sub jugo tenere nequiverit; ac tu quidem victa vicisti, illa victoriam clade puram habet, ac tecum exitu conjuncta principio solum superat.

XXXVIII. *Cur conjugibus magna solatia, virgini nulla concedat.*— Igitur conjuges admodum commode tractat, qui nec altero volente eos mutua consuetudine defraudet, nec defraudationem ex consensu longius producat: quin alteras etiam nuptias permittit, si velint, ne urantur. At virginibus nullum hujusmodi solatium praebet, sed illos tantisper recreatos iterum dimittit: hanc nec minimum respirantem, sed assidue pugnantem, sinit perpetuo stare, ac cupiditatibus impeti, nec vel tantillis in-



παρὰ μύθων, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐπὶ τοσοῦτον ἀναπαύσας πάλιν ἀνήγει, τὴν δὲ οὐδὲ μικρὸν ἀνανέουσαν, ἀλλὰ δι' ἑαυτοῦ μαχομένην ἀφήσιν ἐστάτας ἀνηκεῖν, καὶ βάλ्लεσθαι ὑπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν, καὶ οὐδὲ μικρὰς αὐτὴ λαθίσθαι δίδωσιν ἀναχωρήσας. Διὰ τὴ γὰρ οὐκ εἶπε καὶ πρὸς αὐτὴν· *Εἰ δὲ οὐκ ἐγκατεύουσα, γαμησάτω;* Ὅτι οὐδὲ πρὸς τὸν ἀθλητὴν εἶποι τις ἂν μετὰ τὸ βῆσαι τὸ ἱμάτιον, καὶ ἀλιέψασθαι, καὶ εἰς τὸ στάδιον εἰσελθεῖν, καὶ καταπάσσοσθαι τὴν κόρον. Ἀπόστηθι, καὶ φύγε τὸν ἀναγωνιστήν· ἀλλ' ἀνάγκη λοιπὸν δυοῖν θάτερον, ἢ στεφανωθέντα, ἢ περὶ σὺν καὶ καταστυγνθέντα ἀπελθεῖν. Ἐν παιδοτριβῶ μὲν γὰρ καὶ παλαίστρᾳ, ἔπου πρὸς τοὺς οἰκίους ἢ γυμνασία, καὶ τοῖς φίλοις [298] ὡς ἐναντίους συμπλέκεται, καὶ τοὺ ποιεῖν καὶ τοὺ μὴ ποιεῖν αὐτοῖς ἐστὶ κύριος· ἔταν δὲ ἀπογράφεται, καὶ συλλεγῆ τὸ θέατρον, καὶ ὁ ἀγωνιστὴς παρῆ, καὶ οἱ θεαταὶ καθέζονται, καὶ εἰσάγγεται ὁ ἀναγωνιστὴς καὶ ἀντιπαρτάσσεται, τὴν ἐξουσίαν αὐτὸν ὁ τῶν ἀγώνων παραγγίζει νόμος. Καὶ τῆ παρθένου τοῖν ἕως μὲν ἂν βουλεύουσι πρότερον ἢ δέου γαμεῖν ἢ μὴ γαμεῖν, ἀκίνδυνος ὁ γάμος, ἐπειδὴ δὲ ἔλθεται καὶ ἀπογράφεται, εἰσάγγεται ἐαυτὴν εἰς τὸ στάδιον. Τίς οὖν τοιμᾶσι, τοῦ θεάτρον συγκατομένου καὶ θεωρουμένων μὲν ἄνωθεν ἀγγέλων, ἀγωνοθετοῦντος δὲ τοῦ Χριστοῦ, μαινομένου δὲ τοῦ διαβόλου καὶ τριζόντος· καὶ συμπλεκόμενου πρὸς τὴν πάλιν καὶ μέσου κατεχομένου, παρελθὼν εἰς μέσον εἰπεῖν· Φύγε τὸν ἔχθρον, ἔνδος τοῖς πόνοις, ἀπόστηθι τῆς λαθῆς, μὴ καταβῆθαι μὴδὲ ὑποκαλέσθαι τὸν ἀναγωνιστὴν, ἀλλὰ παραχώρει τῆς νίκης αὐτῷ; Καὶ τὸ λέγω πρὸς τὰς παρθένους; πρὸς τὰς χήρας οὐκ ἂν τις τοιμᾶσαι ταύτην βῆσαι τὴν φωνὴν, ἀλλ' ἀντὶ ταύτης ἐκείνην τὴν φοβερὰν, ὅτι Ἐὰν καταστρηθῶσιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ γαμησάτω θελήσασιν, κρῖμα ἔξουσιν, ὅτι τὴν πρότην λότιν ἠθέτησαν.

ΑΘ. Καὶ μὴν αὐτοῖς φησιν, οἱ Λέγω τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις, *Καλὸν αὐτοῖς ἔσται ἐὰν μείνωσιν ὡς κτήνη εἰ δὲ οὐκ ἐγκατεύουσα, γαμησάτωσαν.* Καὶ πάλιν· Ἐὰν κοιμηθῆ ὁ ἀνήρ αὐτῆς, ἐλευθέρᾳ ἐστὶν ὡς θέλει γαμηθῆσαι, μόνον ἐν Κυρίῳ. Πῶς οὖν ἂν ἀφήσιν ἐλευθέρᾳ πάλιν κολάζει, καὶ ὅν ἐν Κυρίῳ φησὶν εἶναι γάμον, τοῦτον ὡς παρανομῶς γινόμενον κατακρίνει; Μὴ δεῖσας, οὐ τὸν ἀνὴρ, ἀλλ' ἕτερον. Ὅσοι γὰρ λέγων, Ἐὰν ἴσῃ ἢ παρθένος, οὐχ ἡμαρτεν, οὐ περὶ τῆς ἀποταξαμένης τῷ γάμῳ φησὶ· ἔργον γὰρ ἔσται ὅτι αὐτὴ ἡμαρτε καὶ ἀμαρτῆν ἀφόρητον· ἀλλὰ περὶ τῆς ἀπειρογὰμου μὲν ἐστὶ, ὅπως δὲ οὐδὲ τοῦτο οὐδὲ ἐκεῖνο φησι σαμῆν, ἀλλ' ἐν μεταχειμῶν τοῦτων ἐκατέρῳ μενοσιῶσιν τῶν λογισμῶν· οὕτω καὶ χήραν ἐνταῦθα μὲν τὴν ἀπλῶς οὐκ ἔχουσαν ἀνδρα φησὶν, ὅπως δὲ καὶ τῆς οἰκίας προαιρέτως ψήφῳ προσδεδεμένην, ἀλλ' ἐλευθέρᾳ οὖσαν καὶ τοῦτο ἐλεῖσθαι κάκεινο· ἐκεῖ δὲ τὴν οὐκέτι κυρίαν οὖσαν ἑτέρῳ πάλιν ὁμιλήσας νυμφίῳ, ἀλλ' εἰς τοὺς τῆς ἐγκατεῖας ἐμπεθευμένην ἀγῶνας. Ἔστι γὰρ καὶ χήραν εἶναι, καὶ μὴ κατατάσσασθαι εἰς τὸ τῶν χηρῶν ἀξίωμα, ὅταν μὴδέτω ἢ τοῦτο καταβῆσθαι. Διὸ καὶ αὐτὸς φησιν· *Χήρου καταλεγεσθῶ μὴ ἑλαττορ ἐτῶν ἐξήκοντα γεροντοῦα, ἐνὸς ἀμφοῖς γυνή·* ἢ τὴν μὲν γὰρ ἀπλῶς χήραν ἀφήσιν γαμεῖν, εἰ βούλοιο· τὴν δὲ ἐπαγγελιαμένην τῷ Θεῷ χηρεῖσιν διαπαντός, εἶτα γαμηθεῖσιν, καταβῆσθαι σφοδρῶς, ὅτι τὰς πρὸς τὸν Θεὸν συνθήκας ἐπάτησεν.

• Mor. et Plant. Regentes, Sav. τρίτοντος, Reg. τρίτοντος τοῦτο ὀδόντας.

• Ita Reg. In alitis vero hæc, ἐνὸς ἀνδρὸς γυνή, desideratur.

Οὐ ταῦταις οὖν, ἀλλ' ἐκείναις φησὶν· *Εἰ δὲ οὐκ ἐγκατεύουσα, γαμησάτωσαν· κρείττον γὰρ ἐστὶ γαμηθῆσαι ἢ πυροῦσθαι.* Ὅρξῃ οὐδαμοῦ τὸν γάμον καθ' ἑαυτὸν θαυμάζομενον, ἀλλὰ διὰ τὰς πορνείας, διὰ τοὺς πειρασμούς, διὰ τὴν ἀκρᾶσιν; Ἄνω μὲν γὰρ ταῦτα ἄπαντα τίθησιν, ἐνταῦθα δὲ ἐπιπέθῃ σφόδρα αὐτῶν καθήκοντος τοῖς οὐκ ἐθέτοις, ῥήμασιν εὐφημότεροις πάλιν τὸ αὐτὸ πρῆγμα καλεῖ, κρημνιστὴν αὐτὸ καὶ πύρσιν ὀνομάζων. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἠγέσθη μὴ πλῆξας τὸν ἀκροατὴν παρελθεῖν. Οὐ γὰρ εἶπεν, *Εἰ δὲ βίαν τινὰ πάσχοισιν ἢ μὴ* [299] τῆς ἐπιθυμίας, *εἰ δὲ περιτρέπονται, εἰ δὲ μὴ δύνανται·* οὐδὲν τοιοῦτον ὁ τῶν πασχόντων ἐστὶ καὶ συγγνώμης ἀξίον, ἀλλὰ τί; *Εἰ δὲ οὐκ ἐγκατεύουσα·* ἢ τὸν οὐκ ἐθελούον ἐστὶν ἐνεργεῖν διὰ τὴν βραβυμίαν. Δεικνύσας γὰρ ὅτι κύριος ὄντες τοῦ πράγματος παρὰ τὸ μὴ βούλεσθαι ποιεῖν οὐκ ἀνοῦσιον. Ἄλλ' ὁμως οὐδὲ οὐδὲς αὐτοῖς κολάζει, οὐδὲ τιμωρίας ὑπευθύνους ποιεῖ, ἀλλ' ἐπαλίων ἀποσταθῆσας μόνον, μέχρι τοῦ διὰ τῶν ῥημάτων ψόγου τὴν σφοδρότητα ἐπιδείκνυσται, παιδοποιίας μὲν οὐδαμῶ μωρημένους, τῆς εὐπρόσοιτου καὶ σεμνῆς αἰτίας τοῦ γάμου, πυρώσεως δὲ καὶ ἀκρᾶσας καὶ πορνείας καὶ πείρας σατανικῆς ἢ ὑπὲρ τοῦ ταῦτα μὴ γίνεσθαι τὸ πρῆγμα συγχωρῶν. Καὶ τί τοῦτο; φησὶν· ἕως γὰρ ἂν αὐτὸ τιμωρίας ἀπαλλάτῃ, πᾶσαν κατάγνωσιν καὶ πάντα ἐπιθεῖν εὐκόλως ὀσομεν· μόνον ἐξέστω τρυφῆν καὶ συνεχῶς ἀπολαύειν ἐπιθυμίας. Τὶ οὖν, ὡ βελτίστε, ἀν μὴδὲ τρυφῆν ἐξῆ, ἢ νεκροῖσιν καρπωσόμεθα μόνον; Καὶ πῶς, φησὶν, οὐκ ἐξέσται τρυφῆν, τοῦ Παύλου λέγοντος· *Εἰ δὲ οὐκ ἐγκατεύουσα, γαμησάτωσαν·* Ἄλλ' ἄκουε καὶ τὰ προσκεῖμενα τούτων. Ἐμβαλε ὅτι κρείττον τὸ γαμηθῆσαι ἢ πυροῦσθαι· ἀπέδωκε τὸ ἦδύ, ἐπήνεσας τὴν συγχώρησιν, ἐθαύμασας τῆς συγκαταβάσεως τὸν ἀπόστολον· ἀλλὰ μὴ στή; μὴ καὶ τοῦτο, λέγου καὶ τὰ μετὰ ταῦτα· τοῦ γὰρ αὐτοῦ ἀμφοτέρω τὰ παραγγέλματα. Τὶ οὖν μετὰ ταῦτα φησὶ; *Τοῖς δὲ γεγαμηκόσι παραγγέλλω, οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ Κύριος, γυναικα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆσθαι· ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῆ, μὲνέτω ἀγαμοῦ, ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω·* καὶ *ἀνδρα γυναικα μὴ ἀφίεναι.*

• Reg. μέλων ἀγαμοῦ, ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω.

• Reg. δάκρυαται.



ductis frui. Cur enim non huic etiam dixit, *Si se non continet, nubat* (1. Cor. 7. 9)? Quod nec athleteæ dicat quisquam, postquam disiecto auctu atque unctus in stadium processit, seque pulvere conspergit: Abi, fuge adversarium; sed jam porro necessum sit duorum alterum, aut coronatum, aut dejectum et infamem discedere. Nam in ludo ac palestra, ubi cum familiaribus exercitium sit, et cum amicis velut cum adversariis manus conscruntur, liberum est et suscipere laborem et non suscipere: at qui jam nomen dedit, coacto frequenti populo, præsentem agonotheta, sedentibus spectatoribus, adducto atque obijecto adversario, et certaminum lex facultatem eripit. Ad eundem modum et virgini dum consultat prius, nubendum sit necne, tutum est matrimonium: at ubi elegit ac conscripta est, se in stadium dedit. Equis igitur indictis spectaculis, Christo agonotheta, angelis superne spectantibus, furenti diabolo ac fremente, ad luctumque complicato et medio comprehensio, in medium prosiliens edicere ausit: Hostem fuge, laboribus supersede, comprehensionem omittit, ne dejicias ac prosternas adversarium, sed ei victoriam cedas? Et quid virgines dico, cum nec viduas iis verbis affari fas sit, sed illorum loco his terrificis, *Cum luxuriant fuerint in Christo, nubere volunt damnationem habentes, quia primam fidem irritam fecerunt* (1. Tim. 5. 11. 12).

XXXIX. Cui vidua, cui virgini nubere permittit Paulus.— Atenim cum dicat, *Non nupsit et viduis dico, Bonum est illis, si sic permaneant, ut ego: quod si non se continent nubant*: et rursus, *Quod si dormierit vir ejus, liberata est: cui vult nubat, tantum in Domino* (1. Cor. 7. 8. 9. 39): quare eam cui liberum facit, iterum castigat, et quod in Domino esse matrimonium dixit, idem eum illegitimum damnat? Ne verare: non idem, sed aliud. Nam ut inquires, *Si nupsit virgo, non peccavit* (1b. v. 28), non de ea loquitur quæ matrimonio renuntiavit; evidens est enim eam piaculum commisisse, et quidem infandum: sed de ea quæ et experta matrimonii sit, et nondum hoc aut illud elegerit, sed tamquam in medullis harum cogitationum consistat: ita et viduam hic, quæ virum solum non habeat, neque adhuc optione sua obstricta teneatur, sed liberum habeat alterutrum eligere: illic, cui integrum non sit cum alio sponso societatem coire, sed in continentia certamen descenderit. Potest namque et vidua esse, et viduarum dignitati non accenseri, si id nondum susceperit. Itaque inquit, *Vidua eligatur non minor annis sexaginta, quæ unus viri uxor fuerit* (1. Tim. 5. 9). Nam quæ vidua mera sit, ei, si velit nubere permittit; at quæ perpetuo vidua agere Deo promisit, atque interim nubit, eam vehementer damnat, quæ ictum cum Deo pactum conculcat. Non ergo hic, sed illis dicit, *Quod si non se continent, nubant: melius est enim nubere, quam uri* (1. Cor. 7. 9). Videt nusquam per se suspici matrimonium, sed pro-

pter fornicationem, tentationes atque intemperantiam? Nam supra hæc omnia recenset: hic vero quod eos conviciis male muletasset, rursus gravioribus verbis eandem rem appellat, incendium et ardorem nominans. Quamquam neque hic omisit quin auditorem feriret: non enim dixit, *Sin libidinis vim ullam sentiant, sin transversi aguntur, si non possunt; nihil ejusmodi, quod eorum est qui aliquid dignum venia patiuntur; sed quid? Si se non continent: quod eorum est, qui propter ignaviam laborare nolunt. Id enim significat eos, quibus res in manibus esset, detrectando laborem eam non perficere. At ne sic quidem eos punit ac supplicis addicit, sed laude solum privat, atque in verborum tantum vituperio vehementiam adhibet, liberorum procreationem, plausibilem hanc et speciosam matrimonii causam nusquam memorans, sed ardorem, intemperantiam, fornicationem ac tentationem satanicam, eaque ne eveirent, rem permittens. Et quid tum postea? inquit: nam quamdiu id a supplicio liberat, quamvis vituperationem ac convicia facile feremus, dum deliciarum atque assidue libidine frui liceat. Quid vero, bone vir, si nec deliciarum licet, convicium solum percipiemus? Sed quomodo, inquit, deliciarum non licet, cum dicat Paulus, *Quod si se non continent, nubant*? Audi porro quæ iis hæreant. Audivisti satius esse matrimonium contrahere quam ardere. Quod iunctum esse probas, permissionem laudas, apostolum de indulgentia suspicis: at hic ne consistat, et quæ consequuntur seque admitte: ejusdem enim esse utrumque præceptum. Quid igitur subdit? *Conjugibus autem præcipio, non ego, sed Dominus, Uxor a viro ne divortium faciat: sin divortium fecerit, maneat innupta aut viro reconcilietur. Item, vir uxorem ne repudiet* (1. Cor. 7. 10. 11).*

XL. *Magnam esse et indeclinabilem ex conjugio servitutem.*—Quid autem, si vir comis est, uxor improba, maledica, loquax, et quod commune omnium vitium est, sumptuosa, aliisque malis pluribus referta? quo modo miser ille quotidianam hanc molestiam, superbiam, impudentiam feret? Quid, inquam, si contra hæc modesta et sedata est, ille vero ferox, superbus, iracundus, animis ei partim operibus, partim potentia auctis, qui liberam eodem loco habeat quo servam, nihilo in eam quam in famulas æquior? quo pacto eam necessitatem vimque patietur? Quid denique, si ab ea plaue alienus semper mancat? Fer, inquit, omnem hanc servitutem, futura demum libera cum obierit: eo autem vivo duorum alterum necesse est, aut eum omni studio lenire ac frangi reddere, aut si id desperatum est, acerrimum quoddam bellum atque efferum prælium fortiter sustinere. Ac supra dicebat, *Ne defraudate alter alterum, nisi si quid ex consensu* (1b. v. 5); hic direptam, vel invitam se porro jubet continere: *Maneat, inquit, innupta, aut viro reconcilietur* (1b. v. 11). Videat eam inter gemina bella deprehensam? Nam aut libidinis vim ferre cogitur, aut si id nolit, assentandum est injurio, eique se ad

<sup>1</sup> Ita in Reg. in aliis vero desiderantur hæc verba, *unius viri uxor*.

quælibet præbendum, seu plagis afficere velit, seu conciliis vexare, seu vernarum ludibrio exponere, seu aliud quid ejusmodi: multæ enim viris ulciscendarum uxorum viæ adinventæ sunt. Quæ si non perferat, agenda infructuosa continentia est: infructuosa, inquam, quæ nihil promissionis adjunctum habeat. Neque enim sanctionis studio suscepta est, sed propter dissidium cum viro: nam, *Maneat, inquit, innupta, aut viro reconcilietur*. At quid, si nolet in gratiam redire? Habes alterum effugium atque evasionem. Quamnam? Ejus mortem expecta. Ut enim virgini, cui perenne vivens atque immortalis sponsus sit, nubere nunquam licet: sic maritata tum demum, cum vir obierit. Nam si fas esset, eæ etiam vivo ab eo ad alium, iterumque ab illo ad aliam transire, quid matrimonio opus esset, viris promiscue altero alterius uxore utentibus, atque cum omnibus coeuntibus? Quo pacto autem non et studium erga contubernales periret, hoc hodie, cras illo, ac rursus alio cum eorum uxore consuescentibus? Merito id Dominus adulterum vocavit.

XLJ. *Cur Judæis concesserit Deus repudiæ libellum offerre.* — Cur igitur id Judæis permisit? Ne inter se confingerent, ne cognato sanguine ædes suas complerent. Cedo enim, utrum præstabat, invisam domo exigi, an intra parietes jugulari, quod fecissent, si non eis ejicere licuisset? itaque inquit, *Si irasiam habes, dimitte* (Deut. 24. 1). At mansuetos, et quibus nec irasci permittat, alloquens ait: *Sin divorcium fecerit, calcis maneto* (1. Cor. 7. 11). Vides necessitatem, inevitabilem servitutem, et vinculum quod utrumque constringit? Vere enim vinculum matrimonium est, non solum propter sollicitudinum turbam ac quotidianas molestias, sed etiam quod conjuges quovis servo gravius invicem subjeci cogat. *Vir, inquit, uxori dominetur* (Gen. 3. 16). At quis ejus domini usus est? nam vicissim eum servum efficit ejus cui imperet, nova quadam et inaudita excogitata compensations servitutis; ac quasi fugitivorum pedes et seorsim vincti, et rursus inter se exigua quadam catena bicipiti utrumque pedicis affixa constricti, haud sane libere ingredi queant, quod alter alterum consequi cogantur: ad eundem modum et conjugum mentes, cum privatas curas habent, tum alia necessitate etiam ex mutua colligatione tenentur, quæ eos omni catena arctius stringat, et utriusque libertatem eripiat, quod uni imperium omne non traherit, sed ejus potestatem in utrumque dispersit sit. Ubi sunt igitur qui parati sunt voluptatis solatii causa omnem condemnationem pati? Neque enim parum de voluptate decedit, interdum mutuis odiis ac dissidiis in longum tempus durantibus. Quin ea quoque servitus, ut alterius improbitas alteri vel invito ferenda sit, satis est ut delicias omnes obliteret. Itaque beatus ille libidinis impotentiam primum asperis illis verbis repressit propter fornicationem, intemperantiam et ardores; sed cum videret vulgo eam condemnationem a multis locci fieri, quod ad deterrendum efficacius esset addidit.

Ideo discipuli coacti sunt dicere, *Non expedit vivere* (Matth. 19. 10). Id autem est, conjugem nullum sui esse juris. Neque id hortabundus et tamquam consulens profert, sed præcipiens ac mandans. Nam matrimonium contrahere aut non contrahere penes nos est: quæ matrimonium consequuntur, non item, sed velimus nolimus ferenda servitus est. Quid ita? Quod non inscii cum primum suscepimus, sed vel probe ejus jura atque leges tenentes, sponte sub jugum nos subjecimus. Ac postea de iis loquutus, qui infideles uxores habent, omnesque matrimonii leges accurate persequutus, interjecta de servis disputatione, atque iis, quod abunde solatio esset, monitis, ingenuitatem spiritalem ea servitute non imminui, pergat ad sermonem de virginitate, quem pridem parturiebat ac serere satagebat, nunc eniteus: etsi cum nec de matrimonio dissensum sustinuit silentio præterire. Nam breviter ille quidem et obiter, sed tamen ei quoque exhortationi eum intexit: atque ea pulcherrima ratione aures nostras et ingenium tamquam præparans ac promolliens, orationi facilem aditum molitur post exhortationem ad servos. Nam *pretio, inquit, empti estis: nolite fieri servi hominum* (1. Cor. 7. 23). Domini nobis beneficio in memoriam revocato, omniumque mentibus eo erectis in cælumque sublatis, de virginitate disputationem demum inserit his verbis: *De virginibus autem Domini præceptum non habeo, sed consilium do, tamquam misericordiam consequutus a Domino, ut sim fidelis* (1. Cor. 7. 25). At, qui de fidelis cum infideli conjugio præceptum item non haberet, magna auctoritate ita sancit: *Cæteris autem ego scribo, non Dominus: Si quis frater uxorem habet infidelem, et hæc consentit habitare cum illo, non dimittat, illam* (Ib. vers. 12). Cur non igitur et de virginibus itidem sciscis? Quia hoc Christus palam constituit, vetans eam rem præcepti necessitate definiri. Illud namque, *qui potest capere, capiat*, liberam auditori optionem condonantis est. Itaque de continentia disserens, *Volo, inquit, omnes homines sic esse, ut ego sum, continentes* (1. Cor. 7. 7); et rursus, *Innupti autem et vidui dico: Bonum est illis, si sic permanent, ut ego* (Ib. v. 8). At non in sermone de virginitate usquam se in exemplum adducit: ideoque admodum modestè atque caute loquitur, qui nec ipse ea perfunctus esset. *Præceptum, inquit, non habeo*. Primum proponens optionem benevolam reddit auditorem, tum consilium subijcit. Quoniam enim virginitatis nomen prolatum protinus ingentem laborem declararet, ideo non statim ad cohortationem se contulit, sed auditorem prius optione delinens, ejusque ingenium cicut ac tractabile reddens, ita demum proponit. Audisti virginitatem, nomen multi laboris ac sudoris: ne metue; non præceptum agit, aut jussi necessitas, sed eos qui se volentes atque libenter amplectantur, illa suis bonis remuneratur, eorum capiti splendidam ac floream coronam imponens; qui recusent seque adsciscere nolint, nec punit nec invitos cogit. Neque eo solum orationem gratam nec



καὶ εὐανθῆ στέφανον περιθέσει αὐτὸν ἐπὶ κεφαλῆ, τοὺς δὲ παραπομπένους αὐτῆν, καὶ οὐκ ἐθέλοντας προσθέσαι ἰ, οὐτε κόλπει, οὐτε ἀναγκάζει τοὺτο ποιεῖν. Οὐ ταύτῃ δὲ μόνον ἀνεπαχθῆ τὸν λόγον ἠργάσατο καὶ ἡδὺν, ἀλλὰ καὶ τῷ τῆν χάριν τοῦ ἐργάσατο οὐκ αὐτοῦ φάναι εἶναι, ἀλλὰ τοῦ Χριστοῦ. Οὐ γὰρ εἶπε, Περὶ δὲ τῶν παρόντων οὐκ ἐπιτάσσω, ἀλλ', Ἐπιταγὴν οὐκ ἔχω, ὡς ἂν εἰ εἶλεγεν· Εἰ μὲν ἐξ ἀνθρώπων λογισμῶν ἐγὼ κινούμενος ταῦτα παρήγορον, οὐκ ἔβρι θαρρῆν· ἐπειδὴ δὲ τῷ Θεῷ τοῦτο ἔδοξεν, ἀσφαλῆς τὸ τῆς ἀδείας ἐνέχυρον. Τῆν μὲν ἔξουσιαν τοῦ τὰ τοιαῦτα ἐπιτάττειν παρήρημαι, εἰ δὲ βούλοισθε ἀκούειν ὡς ὁμοδούλου, Ἰνδῶν ἰδιώτην, ὡς ἡλεημένους ἐπὶ Κυρίου πιστοὺς εἶναι. Ἄξιον δὲ ἐνταῦθα θαυμάσαι τοὺ μακαριώτην τῆν πολλῇ εὐρηχανίαν καὶ τῆν σύντην, καὶ πῶς ἐν μέσῳ θυσῶν ἀναγκασίων καὶ ἐναντίων ἀπειλημένων\*, τοὺ ἐ συστήσαι τὸ ταυτοῦ πρόσωπον, ὡστε ἐπαρθέον γενέσθαι τῆν συμβουλήν, καὶ τοῦ μὴδὲ μέγα φθέγγασθαι περὶ ταυτοῦ, διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς ταύτης γεγονέναι ἐκτός, ἀμφοτέρω ἐν βραχίᾳ κατεσκευάσει. Τῷ μὲν γὰρ εἶπεν, Ὡς ἡλεημένους, συνίστασι πως· ταυτὸν, τῷ δὲ μὴ ἀπὸ τοῦ λαμπροτέρου τοῦτο ποιῆσαι μέρος ταπεινοῦ καὶ συστῆλαι πάλιν.

ΜΡ. Οὐ γὰρ εἶπε· Αἰδῶμαι γινώμην, ὡς πιστευθεὶς τὸ Εὐαγγέλιον, ὡς ἀβήθει· εἶναι κέρως τὸν ἔθνων, ὡς προστασίαν τῆν ὑμετέραν ἐγγεγραμμένην, ὡς διδάσκαλος καὶ καθηγῆς· ἀλλὰ τίς; Ὡς ἡλεημένους, φησί, καὶ τὸ Ἐδωκὸν θεός· Ἐδωκὸν γὰρ τοῦ διδάσκαλον εἶναι τῶν πιστῶν τὸ μόνον εἶναι πιστῶν. Καὶ ἔτεραν ἐπινοεῖ πάλιν ταπεινωσάν. Ποῖαν δὲ ταύτην; Οὐκ εἶπεν, Ὡς γενόμενος πιστός, ἀλλ', Ὡς ἡλεημένους εἶναι πιστός. Μὴ γὰρ τῆν ἀποστολῆν καὶ τὸ κτήρημα καὶ τῆν διδασκαλίαν μόνον νομίσηται τῆς δωρεᾶς εἶναι τοῦ Θεοῦ· καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ πιστεύσαι ἀπὸ τοῦ ἔλεους μὴ γέγονεν ἐκείνου. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ ἀξίος ἦμεν, φησί, κατηξιώθη τῆς πίστεως, ἀλλ' ἐπειδὴ ἡλεθῆν μόνον ὁ δὲ ἔλεος χάριτός ἐστιν, οὐ τοῦ κατ' ἀξίαν. Ὅστε εἰ μὴ ἦν σφόδρα εὐσεβήτων ὁ Θεός, οὐ μόνον ἀπόστολος, ἀλλ' οὐτε πιστός ἦδυνήθη ἂν γενέσθαι ποτέ. Εἰδες εὐγνωμοσύνην οὐκέτι καὶ συντετριμένην καρδίαν, πῶς οὐδὲν πλὴν ἐαυτοῦ δίδωσι τὸν λοιπὸν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο, ὁ κοινὸν αὐτῷ καὶ τοῖς μαθηταῖς ἦν, τὸ τῆς πίστεως οὐκ αὐτοῦ φησὶν εἶναι, ἀλλὰ τοῦ ἔλεους καὶ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, ταυτὸν ἐμπαύσασθαι τῶν ῥημάτων τούτων, ὅλον εἰ εἶλεγεν· Μὴ ἀπειθεῖτε συμβουλήν διέξασθαι παρ' ἐμοῦ· οὐδὲ γὰρ ὁ Θεός ἀπηξίωσε με τοῦ ἔλεους τοῦ παρ' αὐτοῦ. Ἄλλως τε καὶ ἡ γνώμη τὸ πρῶτον εἶναι, οὐκ ἐπιτάγμα· συμβουλεύω γὰρ, οὐ νομοθετῶ. Τὸ δὲ τὰ παραστάντα ἐκείνου συμφέρειν φέρειν εἰς μέσον καὶ προτιθένα ὁδεῖς κωλύσει νόμος, καὶ μάλιστα ὅταν ἐξ αἰθέσιμος τοῦ γίνηται τῶν ἀφροσῶν, καθάπερ καὶ ἐπ' ὕμνων. Νομίζω οὖν, φησί, τοῦτο καλὸν φάραξεν· Ὁρῶς πάλιν ὑφειμένον τὴν λόγον καὶ πάσης ἔρημον ἔβουλας. [303] Καίτοι γε ἐνὶ ὅπως εἶπεν· Ἐπειδὴ ὁ Κύριος οὐκ ἐπέταξε παρθεναίαν, διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐγὼ· συμβουλεύω δὲ ὕμιν καὶ παραῖν τοῦτο ζητοῦν, καὶ γὰρ ἀπόστολος ὕμῶν εἶμι. Καθάπερ καὶ μετὰ ταῦτα διαλεγόμενος αὐτόν· Εἶπεν· Εἰ δὲ ἄλλοις οὐκ εἶμι ἀπόστολος, ἀλλὰ γὰρ ὕμῶν εἶμι. Ἄλλ' ἐνταῦθα οὐδὲν τούτων φέγγεται, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς φειδότητος ῥήμασι κέρηται, ἀνεῖ μὲν τοῦ, Συμβουλεύω, Ἰνδῶν ἰδιώτην, λέγων· ἀνεῖ δὲ τῷ, Ὡς διδάσκαλος, Ὡς ἡλεημένους ἐπὶ Κυρίου πιστοὺς εἶναι· καὶ ὡς περὶ οὐδὲ τούτων ἀρκούντων πρὸς τὸ συνεσταλμένον ποιῆσαι τὸν λόγον,

1 Neg. et Sav. προσέθει. Mor et Planin. προσέθει. 2 R. g. πῶς ὅδε ἀναγκῶν ἀπειλημένους μέσον.

ἀρχόμενος τῆς συμβουλῆς ὑποτέμνεται· πάλιν τῆν ἔξουσιαν, οὐκ ἀπὸδὸς ἀπορριπόμενος, ἀλλὰ καὶ αἰτίαν προσθέτει· Νομίζω γὰρ τοῦτο καλὸν ὑπάρχειν. φησί, διὰ τῆν ἐνεστώσαν ἀνάγκην. Καίτοι γε ὅτε περὶ ἡγερατίας διελέγετο, ὅτε τὸ, Νομίζω, τέθεικα, οὐτε αἰτίαν τινά, ἀλλ' ἀπλῶς. Καλὸν αὐτοῖς ἔστιν, ἂν μείνωσαν ὡς κἀγὼ ἐνταῦθα ἐξ, Νομίζω εἶναι καλόν. Τοῦτο δὲ ποιῆσθαι οὐκ ἀμφοτέρων περὶ τοῦ πράγματος· ἀπαγε· ἀλλὰ τῆ τῶν ἀκούοντων κρίσει τὸ πᾶν ἐπιτρέψαι βουλόμενος. Τοιοῦτον γὰρ ὁ σύμβουλος, οὐκ αὐτῆς τοῖς λογιόμενος φησίζεται, ἀλλὰ τὸ πᾶν ὑπὸ τῆν κρίσιν ἀφίσει κείσθαι τῶν ἀφροσῶν.

ΜΓ. Ποῖαν δὲ καὶ ἀνάγκην ἐνταῦθα φησὶν; Ἄρα τῆν ἀπὸ τῆς φύσεως; Οὐδαμῶς. Πρῶτον μὲν γὰρ, εἰ ταύτην ἔλας, τῶναντιον ἂν ὅσπερ εἴβολευτο κατεσκευάσει μεμνημένος αὐτῆς· οἱ γὰρ βουλόμενος γαμῖν ταύτην ἄνω καὶ κάτω στρέφουσι. Δεύτερον δὲ οὐκ ἂν αὐτῆν ἐνεστώσαν ἐκλέσκειν ὁ γὰρ ὑνὸν πρῶτον, ἀλλ' ἄνωθεν εἰς τὸ τῶν ἀνθρώπων κατεπευτεῦθη γένος, καὶ πάλαι μὲν χαλκωτέρω καὶ ἀτιθάστωτος ἦν· παραγενομένου δὲ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἀρετῆς ἐπιβολῆς, εὐκαταγνώμοςτος γέγονεν. Ὅστε οὐ περὶ ταύτης ὁ λόγος αὐτῷ, ἀλλ' ἔτεραν τινά ἀνιένται πολυτρόπον καὶ πολυεθῆ. Τίς οὖν ἐστὶν αὐτή; Ἡ τῶν ἐν τῷ βίῳ πραγμάτων διαστροφή. Τοσαύτη γὰρ ἐστὶν ἡ σύγκυσις, τοσαύτη μὲν φρονιτῶν ἡ τυραννὶς, τοσοῦτος ὁ τῶν περιστάσεων ὄχλος, ὡς καὶ ἀνοτα πολλὰ πολλὰς ἀναγκάζεσθαι τὸν γεγαμηκότα ἀμαρτάνειν καὶ πταρμελεῖν.

ΜΔ. Τὸ μὲν γὰρ παλαιὸν οὐ τοσοῦτον ἡμῖν ἀρετῆς πρόκειτο μέτρον, ἀλλὰ καὶ ἀμύνασθαι τὸν ἀδίκοντα, καὶ ἀντιλοδορησασθαι ἐπὶ λαοδρομῶν, καὶ χρημάτων ἐπιμαρτήσασθαι ἐξῆν, καὶ εὐροκοῦντα ὀμνῶναι, καὶ ὀφθαλμῶν ἐξορροῖαι· ἀπὸ ὀφθαλμοῦ, καὶ μισοῖαι τὸν ἐχθρὸν, καὶ ὅτε τρωφῆν, ὅτε ἀργίεσθαι, ὅτε γυναῖκα τὴν μὲν ἐκβάλλειν, τὴν δὲ ἀντιεσάγειν κενώλυτο. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅσα κατὰ ταυτὸν ὁμοῦ γυναικας ἔχειν ὁ νόμος ἐπέτρεπε, καὶ πολλῇ καὶ ἐν τούτοις καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἔπασι ἡ συγκατάθεσις ἦν. Μετὰ δὲ τῆν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν πολλῶ στενωτέρα γέγονεν ἡ ἔδδς, οὐ μόνον τῆν ἄδειαν τῶν εἰρημένων ἀπάντων τῆν ἀφροσῶν ταύτην καὶ πολλῇν περικοπῆται τῆς ἐβουλας τῆς ἡμετέρας, ἀλλὰ καὶ τῷ τῆν πολλὰ πολλὰς ἀναπεθεύσαν καὶ ἀναγκάζουσαν ἡμᾶς καὶ ἀκοντας ἀμαρτάνειν γυναῖκα, ταύτην ἐνδοῦ ἔχειν διαπαντός, ἡ μοιχεύει ἀλλοσεσθαι βουλόμενον ἐκβάλλειν. Οὐ ταύτῃ δὲ μόνον ἡμῖν ἡ ἀρετὴ διακατέδρωτος, ἀλλ' ὅτι, κἂν ἀνεκτὸν [304] ἦθος ἔχη ἡ συνοικουσα, ὁ δὲ αὐτῆν καὶ τὰ ἐκγόνα τὰ ἐκείνης περιφέρων ἡμᾶς φρονιτῶν ὄχλος οὐδὲ μὴκρὸν ἀναβίβηαι πρὸς τὸν ὀρανὸν συγχωρεῖ, πάντοθεν ὡς περ τις εὐγγος περιστρεφῶν καὶ βαπτίζων ἡμῶν τῆν ψυχῆν. Ὅρα γὰρ· βούλεται· τὸν τῶν ἰδωτῶν τῶν τὸν ἀειδῶνων τοῦτον καὶ ἀπράγμονα ζῆν ὁ ἀνήρ· ἀλλ' ἐταν ἰθὺ παιδᾶς περιεστῶτας καὶ γυναικας διαπάντης δομένῃν πολλῆς, καὶ ἄκον εἶς τῶν τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἐρρίβειν ταυτὸν κλύδωνα. Ἐκεῖ δὲ ἐμπροσθέντα λοιπὸν οὐδὲ ἐστὶν εἶπειν ὅσα ἀμαρτάνειν ἀνάγκη, ὀργιζόμενον, ὀμνῶντα, λαοδρομῶμενον, ἀμυνόμενον, ὑποκρινόμενον, πολλὰ πρὸς χάριν, πολλὰ πρὸς ἀπέχθειαν ποιοῦντα. Πῶς γὰρ ἐν στρεβρόμενον ἐν ἄλλῃ τοιαύτῃ, καὶ βουλόμενον εὐδοκίμειν ἐν αὐτῇ, μὴ ποῖον τὸν ἀπὸ τῶν ἀμαρτημάτων προστρέβεσθαι ῥύπον; Καὶ τὰ

b Neg. νομίζω οὐν τοῦτο εἶναι καλὸν διὰ τῆν ἐνεστώσαν ἀνάγκην. Τοῦτο δὲ ποιῆ.

c Neg. ψυχῆν. Ἐάν γὰρ καὶ βούληται.

d Neg. ὀργιζόμενον, ἐβρίοντα, ὀμνῶντα, λαοδρομῶμενον, ὑποκρινόμενον.

molestiam reddidit, sed etiam quod beneficium hoc non suum, sed Christi esse dicat. Non enim sit, de virginitate non præcipio, sed, *Præceptum non habes*: quasi diceret: Si humanis rationibus motus ipse hæc cohortaretur, non fidendum esset: at cum id Deo visum sit, certum est pignus libertatis. Mihi quidem ea imperandi facultas est crepta: sed si audire vultis velut conservum, *Consilium do*, inquit, *tamquam misericordiam consequutus a Domino ut sim fidelis*. Atque hoc loco Pauli summum artificium ac prudentia miranda est, quemadmodum inter duo necessaria, eaque contraria, interceptus, tum ut se commendaret, quo consilium plausibile esset, tum ut nihil de se iugnum prædicaret, quippe ejus virtutis exors, brevibus verbis utrumque consequutus sit. Nam qui dicat, *Tamquam misericordiam consequutus*, quodam modo se commendat: qui se potiori nomine non commendat, vicissim se extenuat ac deprimit.

XLII. *De Pauli humilitate*. — Non enim ait, Consilium do, ut cui creditum sit evangelium, ut detectus gentium præco, ut cui in vos magistrum commissum sit, ut doctor atque dux; sed quid? *Tamquam misericordiam consequutus*: eoque, quod minus caset, proposito; nam minus esse fidelem dumtaxat cæso, quam fidelium magistrum. Aliamque rursus extenuationem meditatatur. Quamnam? Non ait, Ut fidelis effectus, sed, *Tamquam misericordiam consequutus, ut sim fidelis*. Ne apostolatam solum, prædicationem, et magistrum Dei multificentiam putate: nam ipsum etiam credere mihi ejus misericordia concessum est: Non enim, inquit, quod dignus essem, fidem accepi; sed quod misericordiam suam consequutus. Misericordia autem gratiæ est, non ex merito. Itaque nisi multum misericors esset Deus, non tantum apostolus, sed ne fidelis quidem unquam effici potuissem. Viden' servi gratam animum atque contritum, ut nihil sibi cæteris plus arroget; quin id etiam quod sibi cum discipulis commune esset, fidem, suum esse neget, sed Dei misericordiam et gratiam? idem his verbis significans ac si diceret: Ne dedignamini consilium a me recipere; neque enim ne Deus misericordia sua dedignatus est. Et alioqui consilium agitur, non præceptum: Etenim consulo, non sancio. Porro quæ cuique occurrant utilia, in medium proferre ac proponere nulla lex prohibet, maxime ubi id auditorum rogatu fiat: quod quidem et vobis accidit. *Arbitror igitur*, inquit, *hoc bonum esse*. Vides rursus modestam orationem, ah omnique auctoritate alienam. Atqui in hæc sententiam disserere interim licebat: Quoniam Dominus virginitatem non præcepit, ideo neque ego: tonsulo tamen ac cohortor ad ejus studium, qui apostolus vester sim. Quemadmodum et infra eos alloquens ait, *Si alius non sum apostolus, at certe vobis sum* (1. Cor. 9. 2). At hic nihil ejusmodi refert, sed admodum verecunde verba facit, ejus vice, Consulo, *Sententiam do*, inquit, inquit; ejus autem vice, prout doctor, *Tamquam misericordiam consequutus a Domino, ut sim fidelis*: quasque ne hæc quidem satis essent ad orationem extenuandam, consilium

exorsus auctoritatem iterum minuit, qui non statuat solum, sed addat etiam rationem: *Arbitror*, inquit, *hoc bonum esse, propter instantem necessitatem* (1. Cor. 7. 26). At enim de continentia disserens, neque, *arbitror*, posuit, neque ullam plane rationem; sed illud modo, *Bonum est illis, si permanent, sicut et ego*: hic, *Arbitror hoc bonum esse*. Id autem facit, non qui de eo dubitaret, nihil minus; sed qui totum auditorum judicio permittere vellet. Nam consiliarius is est; non qui de his quæ profert statuat, sed qui totum in auditorum arbitrio positum relinquat.

XLIII. *Quam instantem necessitatem Paulus nominet*. — Sed quæ est, quam hic memorat necessitas? eane, quæ a natura prodit? Minime. Primum enim si hæc vellet, ejus commemoratio contrarium atque cogitabat efficeret: etenim qui matrimonium contrahere volunt, hæc sane deque factant. Secundo enim *instantem* non vocaret; non enim nunc primum, sed jam olim mortalium generi insita est, atque erat illa quidem ante vehementior et indomita, sed Christi adventu, auctaque jam virtute, superatu facilis esse effecta. Itaque ei non de hæc sermo est, sed aliam quendam innuit, multiplicem et variam. Quænam ea est? Humanarum rerum conversio. Tanta enim est confusio, tanta tyrannis, ac circumstantiarum rerum turba, ut in multis sæpenumero conjugi vel invito errandum peccandumque sit.

XLIV. *Facilis esse virginem quem conjugem regnum consequi*. — Etenim olim non is erat nobis virtutis propositus modus, sed et injuriam vitæ, et convivium reddere, et pecunias procurare licebat, et sanete jurare, et oculum pro oculo erucere, et iniuriosos odisse; neque aut deliciis indulgere aut irasci, aut uxorem aliam ejicere, aliam adisceere interdictum erat. Neque id solum, sed duas etiam conjuges simul habere lex sinebat, eratque tum hæc in re, tum in aliis omnibus summa ejus facilitas. At postquam Christus prodit, via longe facta est angustior, non solum quod incomparabilis ea et ingens omnium quæ dixi licentia nobis e manibus erepta sit; sed etiam quod uxor, quæ nos multa interdum vel invitos designare inducat atque cogat, domi perpetuo sit habenda, aut, si ejicere velis, adulterii crimen sit subeundum. Neque hoc tantum nomine virtus ea nobis difficilis est, sed quod licet conjux intolerabilibus moribus sit, curarum tamen quæ nos propter eam ejusque liberos circumfundat turba, nec minimum in cælum suspicere patiar, animos nostros quasi quidam vortex undique torquens ac demergens. Nam ecce cupit vir privatam et otiosam vitam degere; sed conspectis circumstantibus liberis atque conjuge grandi sumptu egente, vel invitum se in civium rerum æstum conjicit. Eo autem illapsus dici non potest quanta illi peccare necesse sit, irascenti, juranti, convicianti, ulciscenti, simulanti, multa ad gratiam, multa ad similitatem facienti. Qui enim potest, qui in tantis fluctibus versetur, atque inde gloriam capiet, non graves scelerum sordes contrahere? Jam si quis domestica rimetur, eadem atque etiam majori diffa-

cultate plena inveniet propter uxorem; multa enim ac de multis curet necesse est, quibus seorsim agenti viro nihil opus esset. Atque hæc quidem, si proba atque comoda sit uxor; sin pervicax, acerba, difficilis, non jam id necessitas modo, sed pena ac supplicium vocandum erit. Qui poterit ergo iter ad exilium conficere, quod solutis ac perucibus pedibus, animo accincto et probe expedito indiget, ea negotiorum mole imposita, tot pedibus constrictis, catena hæc, uxoris inquam improbitate, deorsum assidue detractus?

XLV. *Qui supervacua difficultates excogitent, eos nullum ejus rei præmium manere.* — At quod est hoc sapientis vulgi responsum, cum ad eos hæc omnia recensentur? Itaque, inquit, majori præmio dignus erit qui, hæc imposita necessitate, recte se gerat. Quid ita, bone vir, et quamobrem? Quod majorem, inquit, laborem propter matrimonium subeat. Et quis eum tantum onus suscipere coegit? nam si quidem matrimonium ineundo præceptum impleverit, ac non ineundo in legem delinqueret, haberet id probabilitatem: sin autem, cui liberum esset matrimonii jugum non subire, ultro, cogente nullo, se in eas difficultates inducere voluit, quo gravius sibi virtutis certamen redderetur, nihil hoc ad agonothetam, qui id unum jusscrit, cum diabolo bellum conficere, atque adversam vitam victoriam querere. Sive autem quis matrimonio devinctus ac deliciis vacans, deque multis sollicitus sit, sive exercitius et afflictus, neque aliud præterea curans, id nihil pensi habet. Victoriæ quidem modum, atque ad tropæam ferentem viam, eam prædicat quæ rebus omnibus humanis soluta sit ac libera: quia autem tu cum uxore ac liberis, negotisque ista comitantibus bellum gerere ac configere vis, quasi paria præstiturus atque it qui ab his omnibus expediti sunt, ideoque majori admirationi futurus, nunc fortasse nos magne superbix insimules, si te ad idem ad quod illi cacumen attingere non posse dicamus; sed præmiorum decimum tempus probe te tum docebit, multo præstare securitatem inani ambitioni, satiusque esse Christo, quam futilibus suis inventis credere. Etenim Christus negat ad virtutem nobis sufficere, suis omnibus renuntiare, nisi etiam nosmetipsos oderimus (Luc. 14. 26); tu his omnibus permistus, ais posse superare. Sed, ut dicebam, probe tum intelliges, quantum ad virtutem impedimentum sit uxor atque uxorie curæ.

XLVI. *Cur adjutrix vocata uxor quæ impedimento est ad perfectam vitam.* — Et qui, inquit, adjumentum eam vocat quæ impedit? nam *Faciamus*, ait, *ei adjutorem similem ipsi* (Gen. 2. 18). Ego vero abs te insuper queram, quo pacto adjutrix est, quæ virum ea securitate spoliavit, atque admirabili illo in paradiso domicilio exturbatum in presentis vitæ turbas conjecit? hæc enim sunt non adjumentum præstantis, sed insidiantis. *A muliere*, inquit ille, *initium peccati, et propter illam moritur omnes* (Eccli. 25. 33). Et beatus Paulus, *Adam*, ait, *non est deceptus, ad mulierem decepta in prævaricatione fuit* (1. Tim. 2. 14). Quomodo

igitur adjutrix est quæ virum sub mortem suljerit? quomodo adjutrix, per quam Dei filii, adeoque omnes tum terram incolentes, cum feris, volucribus, cunctisque reliquis animalibus diluvio deleti sunt? nonne ea justum Jobum perdidisset (Job. 2) nisi is ad mollem se virum præbuisset? nonne hæc Samsonem perdidit (Jud. 16)? nonne ea perfecit ut universum Hebræorum genus Beelphegori initiaretur (Num. 25), ac cognatorum manibus trucidaretur? Quis potissimum Achabum diabolo prodidit (3. Reg. 21. 25), atque ante eum Salomonem (1b. 11. 4), post tam insignem sapientiam ac celebritatem? Nonne hodieque viris suis auctores sunt multa in Deum admittendi? nonne idcirco sapiens ille scriptum reliquit, *Parva est quævis pravitas præ nullis pravitate* (Eccli. 25. 26)? Quomodo igitur, inquit, dixit Deus, *Faciamus ei adjutorem similem ipsi* (Gen. 2. 18)? neque enim mentitur Deus. Neque id equidem unquam dixerim, minime gentium; sed quæ ea de causa facta est, in dignitate sua persistere noluit; quemadmodum nec ejus vir. Nam et eum ad imaginem et similitudinem suam Deus fabricatus est<sup>1</sup>: nam ait, *Faciamus hominem ad imaginem et ad similitudinem nostram* (Id. 1. 26); ut et dixit, *Faciamus ei adjutorem*; sed quæ utroque præditus esset, utrumque protinus amisit. Nam nec similitudinem conservavit, qui absurdæ cupiditati se dederit, ac dolo captus, voluptatem minime fregerit; et quod erat in eo ad imaginem Dei, etiam nolenti deinceps ereptum est. Neque enim Deus parva imperii parte eum multavit, et eum qui omnibus terribilis esset velut herus, cum ingratum servum, qui dominum offendisset, conservis despiciabilem effecit. Nam initio etiam feris omnibus terrori erat; omnes quippe Deus ad illum adduxit, neque ulla eum cadere ac invadere est ausa; videbat notas in eo reluctentem imaginem regiam. Quas ubi notis peccato deformavit, cum Deus imperio dejecit. Igitur, licet omnibus, quæ in terra sint, adco non impetret, ut quedam etiam horreat ac formidet, Dei sententiam illam mendacii non arguit, *Et dominantur animantibus terræ* (1b. v. 28); neque enim ejus qui dedit, sed qui accepit vitio ea potestas præcisa est: ita nec insidix quæ viris ab uxoribus struntur, hoc dictum labefactant, *Faciamus ei adjutorem similem ipsi*: nam ad hoc comparata est, sed in eo non permansit. Quiv illud præterea afferri etiam posset, eam ad presentis vitæ statum, liberorum procreationem, atque insitam in natura libidinem adjumentum præstare: sed eum et vitæ hujus, et sobolis procreandæ; et libidinis deinceps tempus non sit, quid mihi ejus hæc in partem adjutricem frustra memoras? Nam quæ ad minima solum usui sit, eam si ad magna sociam adhibeat, non modo nihil proficiet, sed etiam curis impeditur.

XLVII. *Quomodo virum adjuvet uxor in spiritualibus.* — Quid igitur, inquit, ad Paulum dicenus, eujus verba hæc sunt: *Qui scis, mulier, si virum sal-*  
<sup>1</sup> sic quædam desunt in Morel. quæ ex Reg. et Savi. supplemur

κατὰ τὴν οἰκίαν δὲ εἰ τις ἐξετάσει, τῆς αὐτῆς καὶ πλείων δυσκολίας εὐρήσει γέμοντα διὰ τὴν γυναῖκα· πολλὰ γὰρ ἀνάγκη μερμυξάν καὶ ὑπερ πολλῶν, ὧν οὐκ ἔν ἐλέσθῃ καθ' ἑαυτὸν δὲ ἄνηρ, καὶ ταῦτα μὲν ὅταν κοσμία τις ἦ καὶ ἐπεικῆς ἡ γυνή· ἂν δὲ μοθηρὰ καὶ ἐπαχθῆς καὶ δυσανάσχετος, οὐκέτι μόνον ἀνάγκην τὸ πρῆγμα καλέσομεν, ἀλλὰ καὶ τιμωρίαν καὶ κόλασιν. Πῶς οὖν δοθήσεται τὴν ἐπὶ τὸν οὐρανὸν βασιλεὺς τῶν δυνάμεων, τὴν εὐλύτων καὶ κούφων ἐσπεμένην ποδῶν, καὶ ψυχῆς· εὐζώνου καὶ εὐστατοῦς, τοσούτων ἔχων ἐπιεικίαν πραγμαμάτων ἔγκον, τοσαύτης συνδεόμενος πίδακι καὶ διὰ τοιαύτης ἀλύσεως ἐλκόμενος κάτω συνεχῶς, τῆς πονηρίας λέγω τῆς γυναικός;

ME. Ἄλλὰ τίς ὁ σοφὸς τῶν πολλῶν λόγος, ὅταν ταῦτα ἅπαντα αὐτοῖς διεξέλθωμεν; Οὐκ οὐν πλείονος ἀξίως ἔσται τιμῆς, φησὶν, ὁ μετὰ τοσαύτης ἀνάγκης καταρθῶν. Τίνος ἔνεκεν, ὡ βέλτιστε, καὶ διὰ τί; Ὅτι πλείονα μάρχον, φησὶν, ὀφίσταται ἀπὸ τοῦ γάμου. Καὶ τίς αὐτὸν ἀναδιδέξασθαι φορτὸν τοσούτου ἠνάγκαζεν; εἰ μὲν γὰρ ἐντολὴν ἐπλήρου γαμῶν, καὶ νόμου παράδοσις ἦν τὸ μὴ γαμεῖν, εὐπρόσωπος οὗτος· ὁ λόγος ἦν· εἰ δὲ κύριος ὢν τοῦ μὴ τὴν ζυγὸν ὑπελθεῖν τοῦ γάμου, ἑκῶν, ἀναγκάζοντος οὐθενός, δυσκολίας ἑαυτῷ περιθεῖναι τοσαύτας ἠρέλησεν, ὥστε ἐπαχθέστερον αὐτῷ γενεῖσθαι τῆς ἀρετῆς τὸν ἀγῶνα, οὐδὲν τοῦτο πρὸς τὸν ἀγῶνασθῆναι αὐτός· γὰρ ἐν μόνον ἐπίταξεν ἀνύσαι, τὴν κατὰ τοῦ διαβόλου πόλεμον, καὶ τὴν κατὰ τῆς κακίας νίκην λαβεῖν· εἴτε δὲ γαμῶν καὶ τρυφῶν καὶ πολλὰ μερμυξῶν τις ἀνοίει τοῦτο, εἴτε ἀσκούμενος καὶ ταλαιπωρῶν, καὶ μετὰ τοῦ μὴδὲν ἕτερον μερμυξῶν, οὐδὲν αὐτῷ τοῦτο μελεῖ λατῶν. Τὸν μὲν γὰρ τρέπον τῆς νίκης, καὶ τὴν ἐπὶ τὸ τρέπαιον φέρουσαν ὄδον αὐτὸς ἐκείνην εἶναι φησὶ τὴν πάντων ἀπληγαμένην τὴν βιωτικῶν· ἐπειδὴ δὲ οὐ μετὰ γυναικὸς καὶ πλείων καὶ τῶν τούτοις ἐπισυρομένων πραγμάτων στρατεύεσθαι βούλει καὶ πολεμεῖν, ὡς τὰ αὐτὰ ἀνύσων ἐκείνους τοῖς οὐδενὶ τούτων ἐμπεπλεγμένους, καὶ πλείονος ἀπολαύσαν διὰ τοῦτο θαύματος, νῦν μὲν ἴσως καὶ τυφονῆμιν ἐγκαλέσεις πολλῶν, ἂν ἐπινομενδῆ οὐ δυνατόν σε πρὸς τὴν αὐτὴν ἐκείνοις φθάσαι κορυφῆν· τὸ δὲ τέλος καὶ ὁ τὸν στεφάνου καιρὸς τότε σε πελοῖε καλῶς, ὅτι πολλῶν βέλτιον· ἀσφάλεια φιλοτιμίας κενῆς, καὶ κρείττον τῷ Χριστῷ πείθεσθαι, ἢ τῇ τῶν οὐκείων [305] μακαριότητι λογισμῶν. Ὅ μὲν γὰρ Χριστὸς οὐδὲ τὸ τοῖς οὐκείνοις ἀποτάξασθαι πᾶσι πρὸς ἀρετὴν ἡμῖν φησὶν ἀρκεῖν, ἂν μὴ καὶ ἡμεῖς αὐτοῖς μισθώσωμεν· οὐ δὲ πᾶσι τοῖς φερόμενος ἔσῃς δύνασθαι περιγενέσθαι. Ἄλλ', ὅπερ ἔφη, τότε εἶσα καλῶς, ἔσον πρὸς ἀρετὴν ἐμπόδιον γυνὴ καὶ γυναικῶδες φροντίδες.

MG. Πῶς οὖν, φησὶ, βοηθῶν αὐτὴν ἐκάλεσε τὴν ἐμποδίζουσαν; Πειθήσωμεν γὰρ αὐτῷ, φησὶ, βοηθὸν κατ' αὐτόν. Καγὼ δὲ σε ἐρήσομαι, πῶς βοηθὸς ἡ τοσαύτης ἀποστέρησας τὸν ἀνδρὰ ἀσφαλείας, καὶ τῆς θαυμαστῆς μὲν ἐκείνης ἐκβαλοῦσα ἐπιγνοῦσῃ τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ, εἰς δὲ τὴν τοῦ παρόντος βίου ταραχὴν ἐμβολοῦσα; ταῦτα γὰρ οὐ μόνον οὐ βοηθοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐπιβόλου. Ἀπὸ γὰρ γυναικὸς, φησὶν, ἀρχὴ ἀμυρτίας, καὶ δι' αὐτὴν ἀποθνήσκουσι πάντες.

Καὶ ὁ μακάριος δὲ Παῦλος, Ἄδῳμ, φησὶν, οὐκ ἠπατήθη· ἢ δὲ γυνὴ ἀπατηθεῖσα ἐν παραδόσει γέροντος. Πῶς οὖν βοηθὸς ἡ τῷ θανάτῳ τὸν ἀνδρὰ ὑποτάξασα; πῶς βοηθὸς δι' ἧς οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ, μάλιστα δὲ πάντες οἱ τὴν γῆν κατοικοῦντες τότε, ἅμα θηριῶς καὶ πετεινῶς καὶ τοῖς ἄλλοις ἄπαισι ζωῆς κατακλυσθέντες ἀπόλυντο; Οὐχ αὐτὴ τὸν δικαίον Ἰωβ ἐμελλεν ἀπολύναι, εἰ μὴ σφόδρα ἐκείνος ἦν ἀνὴρ; οὐχ αὐτὴ τὸν Σαμῶνιν ἀπίλευσε; οὐ τὸ πᾶν Ἑβραίων γένος αὐτὴ τελεσθῆναι τῷ Βεελγεγὼρ καὶ ταῖς συγγενεῖσι κατακοπήναι χερσὶ παρεσκευάσει; Τὸν δὲ Ἄγαθὸς τίς μάλιστα τῷ διαβόλῳ παρέδωκε, καὶ πρὸ τούτου τὸν Σολομῶνα μετὰ τὴν πολλὴν ἐκείνην σοφίαν καὶ εὐδοκίμησιν; Οὐ μέχρι καὶ νῦν πολλὰ τὸν ἀνδρῶς ἐκείνων ἀναπειθῶσαι προσκρούειν τῷ Θεῷ; οὐ διὰ τοῦτο φησὶν ὁ σοφὸς ἐκείνος ἀνὴρ· Μικρὰ πᾶσι κακία πρὸς κακίαν γυναικός; Πῶς οὖν, φησὶν, εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεός, Πειθήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν ἄνθρωπον αὐτῷ; οὐδὲ γὰρ ψεύδεται ὁ Θεός. Οὐδὲ ἐγὼ τοῦτε ἀν εἴπομαι· ἄπαγε· ἀλλ' ἐγένετο μὲν ἐπὶ τοῦτο καὶ διὰ τοῦτο, οὐκ ἠρέλησεν δὲ μεῖναι ἐπὶ τῆς οἰκείας ἐξέτας, καθάπερ οὖν οὐδὲ ὁ ταύτης ἀνὴρ. Καὶ γὰρ ἐκείνος ὁ Θεός ἐποίησε κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τὴν ταυτοῦ· Πειθήσωμεν γὰρ, φησὶν, ἀνθρώπων κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν, ὥστερ οὖν εἶπες, Πειθήσωμεν αὐτῷ βοηθόν· γενόμενος δὲ ἀμφοτέρω ἐβόλῳ ἀπίλευσεν. Ὅσπερ γὰρ τὸ καθ' ὁμοίωσιν ἐβόλαξε (πῶς γὰρ, ἐνδοῖς ἐπιθυμῖαι ἀτόπη, καὶ ἀπάτη ἀλοῦς, καὶ μὴ κρατήσας ἡθόνος), τὸ τε κατ' εἰκόνα καὶ ἀκούτος ἀψηφῆσαι λατῶν· οὐ γὰρ μικρὸν αὐτοῦ τῆς ἀρχῆς ὁ Θεός ὑπετέμετο μέρος, τὸν φοβερὸν ἄπαισι καθάπερ δεσπότην, ὥστερ οὐκ ἐτήναι ἀγνώμονα μετὰ τὸ προσκρούσαι τῷ δεσπότη, τοῖς ὁμοβόλοις ποιήσας εὐκαταφρόνητον. Παρὰ μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν καὶ τοῖς θηριῶς πᾶσι ἐπίφοβος ἦν· πάντα γὰρ πρὸς αὐτὴν ἠγαγεν ὁ Θεός, καὶ οὐδὲν αὐτῷ λυμηνάσθαι οὐδὲ ἐπιβουλεύσαι ἐτόλμησεν· ἑώρα γὰρ ἐν αὐτῷ λάμπουσαν τὴν εἰκόνα τὴν βασιλικὴν· ἐπειδὴ δὲ τοῖς χαρακτηριστικῶς ἐκείνους μαρτύρωσε διὰ τῆς ἀμαρτίας, καὶ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς αὐτὸν ἐκείνης κατήγαγεν. Ὅστερ οὖν τὸ μὴ πάντων αὐτὸν ἀρχεῖν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' ἔνια καὶ τρέμειν καὶ δεοκίναται, οὐ ψευδῆ ποιῆσ τοῦ Θεοῦ τὴν ἀπόφασιν τὴν λέγουσαν, Καὶ ἀρχέτωσαν τῶν θηριῶν τῆς γῆς (οὐ γὰρ πρὸς τὸν δεδωκότα, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐληφῆτα ὁ τῆς ἔξουσίας ἀκρωτηριασμός γέγονεν)· οὕτως οὐδὲ αἱ παρὰ τῶν γυναικῶν ἐπιβουλαὶ εἰς τοὺς ἀνδρας γίνονται, [306] ἐκείνῳ τῷ λόγῳ λυμηνάσθαι τῷ λέγοντι, Πειθήσωμεν αὐτῷ βοηθόν· κατ' αὐτόν· ἐγένετο μὲν γὰρ εἰς τοῦτο, οὐκ ἔμενε δὲ ἐν τούτῳ. Χωρὶς δὲ τοῦτο κακέωλον ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι καὶ πρὸς τὴν τοῦ παρόντος βίου σύστασιν, καὶ πρὸς παῖδων γοητῆν, καὶ πρὸς φυσικὴν ἐπιθυμίαν τὴν βοηθεῖται ἐπιβουλεύεται τὴν αὐτῆς· ὅταν δὲ μηκέτι καιρὸς ἦ τοῦ παρόντος βίου, μηδὲ ἀποδοσίας, μηδὲ ἐπιθυμίας, εἰ μὴ τὴν μνημονεύεις ἐν ταῦτα βοηθοῦ; Τὴν γὰρ ἐν τοῖς ἐλαχίστοις συλλαμβάνει· δυναμένη μόνον, ταύτην ἐν τις ἐν τοῖς μεγάλῳς ἐπάγγεται συναεργῶν, οὐ μόνον οὐδὲν ὄνησεν, ἀλλὰ καὶ συνεπείθει αὐτὸν τῆς φροντίδος.

MZ. Τί οὖν ἐροῦμεν ἢ τῷ Παύλῳ, φησὶ, λέγοντι, Τί οἶδας, γύναι, εἰ τὸν ἀνδρὰ σώσεις; καὶ τὴν βοηθεῖται αὐτῆς ἀναγκαῖαν καὶ ἐν τοῖς πνευματικῶς ἀπορῶντι; Καὶ ἐγὼ τοῦτο συνομολογῶ. Οὐδὲ γὰρ

<sup>a</sup> Reg. δυσκόλοτος.

<sup>b</sup> Reg. λόγος πρὸς ταῦτα ἕπαντα ἅπαν αὐτοῖς διεξήλθομεν.

<sup>c</sup> Reg. εἰ Savil. βελτίων.

<sup>d</sup> Savil. τὸ κατ' εἰκόνα, οὔτε τὸ καθ' ἑμ.

<sup>e</sup> Reg. συμπάσθαι. ἢ) συλλυμηνάσαι.

<sup>f</sup> Reg. εἰ Savil. in marg. τὸ οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς.

αὐτὴν παντελῶς ἐκκόπτει τῆς ἐν τοῖς πνευματικοῖς συμμαχίας· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τότε φημι ταῦτα αὐτὴν κατορθῶν, ὅταν μὴ τὸ τοῦ γάμου πράττει, ἀλλὰ μένουσα τῆ φύσει γυνὴ πρὸς· τὴν τὸν μακαρίων ἀνδρῶν ἀρετὴν διαδιδόνη. Οὐ γὰρ καλλωπιζομένη, οὐδὲ τρυφῶσα, οὐδὲ προσδοκῶ ἀπαίτουσα τὸν ἄνδρα χρημάτων, οὐδὲ πολυτελεῖς γινόμενὴ καὶ δαπανηρὰ, οὕτως αὐτὸν θυνήσεται ἐπαγαγέσθαι· ἀλλ' ὅταν ἀνωτέρω γινόμενὴ πάντων τῶν παρόντων πραγμάτων, καὶ τὸν ἀποστολικὸν ἐν αὐτῇ χαρακτῆρισάσα βίον, πολλὴν μὲν τὴν ἐπιείκειαν, πολλὴν δὲ τὴν κομιότητα, πολλὴν δὲ τὴν τῶν χρημάτων ὑπεροφίαν καὶ τὴν ἀνεπιεικίαν ἐπιδεικνύουσα, τότε αὐτὸν θυνήσεται ἕλθιν· ὅταν λέγῃ, Ἔχοντες δὲ τροφὰς καὶ σκεπάσματα, τοῦτους ἀρκεσθησόμεθα· ὅταν διὰ τῶν ἔργων ταῦτα φιλοσοφῇ, καὶ τὸ σωματικὸν θανάτου καταγελοῦσα, μηδὲν εἶναι λέγῃ τὴν παρούσαν ζωὴν· ὅταν πᾶσαν τὴν βίον τοῦτου τὴν βόξαν κατὰ τὸν προφήτην ἄνθος εἶναι χροῖον νομίσῃ. Οὐκ ἄρα τῶ συνείναι καθάπερ γυνὴ, τοῦτω σῶσαι ἢ τὸν ἄνδρα θυνήσεται, ἀλλὰ τῶ τὸν εὐαγγελικὸν ἐπιδεικνύουσαν βίον· ἐπεὶ καὶ γάμου χωρὶς ἐποίησαν τοῦτο πολλοὶ γυναῖκες. Ἡ γὰρ Πρίσκιλλα τὸν Ἀπολλοῦ προσλαβόμενη, φησὶ, πρὸς πᾶσαν ἐπιεικῶς τῆς ἀληθείας τὴν ὁδόν. Εἰ δὲ νῦν τοῦτο οὐκ ἐφαίεται, ἀλλ' ἐπὶ τὸν γυναικῶν τὴν αὐτὴν ἐνεστὶν ἐπιδείξασθαι σπουδῆν, καὶ τὸ αὐτὸ κέρδος καρπώσασθαι· καὶ γὰρ, ὅπερ ἔσθην εἰπὼν, οὐδὲ ἐκείνη, διὰ τὸ γυνὴ εἶναι, τὸν ἄνδρα ἐφέλεκται· ἐπεὶ οὐδὲν ἂν ἐκόλυσε μηδὲνα τῶν ἐχόντων γυναῖκα πιστὴν ἄπιστον μένειν, εἴ γε ἡ συνουσία καὶ τὸ συνοικεῖν τὸ πρᾶγμα κατώρθον. Ἄλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τὸ πολλὴν ἐπιδεικνύουσαν τὴν φιλοσοφίαν καὶ τὴν ὑπομονὴν, καὶ τὸν τοῦ γάμου περιστάσεων καταγέλω, καὶ τοῦτο ἔργον τίθεσθαι διηλεκτικῶς, τοῦτ' ἐστὶ τὸ ποιῶν τὴν τοῦ συνοικοῦντος σωθῆναι ψυχῇ· ὡς ἔαν ἐπιμνήνῃ τὰ τῶν γυναικῶν ἐπιεικῶς, οὐ μόνον οὐδὲν αὐτὸν ὄνησεν, ἀλλὰ καὶ κατέβλαψεν. Ὅτι δὲ καὶ οὕτω τῶν σφόδρα δυσκόλων τὸ πρᾶγμα ἐστίν, ἀκουστοί τ' ἴσθαι· Τί [307] γὰρ εἶδος, γένος, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεται; Τοῦτω δὲ τῶ τρόπῳ τῆς ἐρωτήσεως κεχρησθῆαι ἐπὶ τῶν παραδόξων συμβαινόντων εὐλόγηται. Τί δὲ μετὰ ταῦτα φησι; *Ἀδέσσαι γυναῖκα; μὴ ζῆτε λύσειν.* Ἀδέσσαι ἀπὸ *γυναϊκός*; μὴ ζῆτε *γυναῖκα*. Ὅρξεν πῶς συνεχῶς ποιεῖται τὰς μεταβάσεις, καὶ πολλὴν καὶ δι' αἰῶνα ἡ παρανόθευσίς ἐκατέρης τὴν μίξιν; Ὅσαπερ γὰρ ἐν τοῖς περὶ τοῦ γάμου λόγοις καὶ τοῖς τῆς ἐγκρατείας ἐπέβαλε, μετὰ τὴν διεγερθῆναι τὸν ἀκρατῆν, οὕτως καὶ ἐνταῦθα τοὺς περὶ τοῦ γάμου λόγους πάλιν ἐπιθέσει, θιγαπαῖον αὐτὸν. Ἠρξάτο ἀπὸ τῆς παρθεναίας, καὶ πρὶν εἰ περὶ αὐτῆς εἰπεῖν, εὐθέως ἐπὶ τὸν ὑπὲρ τοῦ γάμου λόγον καταφέρεται· τὸ γὰρ, Ἐπιεικῆν οὐκ ἔχει, τὸν γάμον· συγχωροῦντός ἐστι καὶ εἰσαγωγόν. Εἶτα ἐπὶ τὴν παρθεναίαν ἐλθὼν, καὶ εἰπὼν, εἶτι *Νομίζω τοῦτο καλὸν ὑπάραξεν*, ἐπειθεῖ εἶδεν ὅτι συνεχῶς αὐτῆς τὸ ἔνομα λεγόμενον τῆ λεϊότητι τῆς ἀκοῆς πολλὴν ἐμποιεῖ τὴν τραχύτητα, οὐ τίθησεν αὐτὸ πικρῶς, ἀλλὰ καλοῖται αἰτίαν ἱκανὴν παραμυθησασθαι τοὺς ὑπὲρ αὐτῆς πόνους εἰπόν, τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην λέγων, οὐδὲ οὕτως ἐθάρξεν πάλιν παρθεναίαν εἰπεῖν, ἀλλὰ τὶ; *Καλὸν ἀνθρώπων τὸ στωκ εἶναι*. Καὶ οὐδὲ ἐπεξήρηται τῷ λόγῳ, ἀλλὰ διατεμνὸν

αὐτὸν καὶ διακόφας πρὶν φανῆναι σκληρὸν, τοὺς περὶ τοῦ γάμου πάλιν ἐπέβαλε λόγους· *Ἀδέσσαι γυναῖκα; λέγων, μὴ ζῆτε λύσειν.* Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτ' ἐστὶ, μηδὲ ταύτην ἐνταῦθα κατασκευάσει τὴν παραμυθίαν ἐβούλετο, περιττὸν ὑπὲρ παρθεναίας συμβουλευούσας περὶ γάμου φιλοσοφῆν. Εἶτα πάλιν ἐπὶ τὴν παρθεναίαν μετέβηται· καὶ οὐδὲ νῦν αὐτὴν τῆ κυρίας προσηγορίᾳ καλεῖ, ἀλλὰ τὶ; *Ἀδέσσαι ἀπὸ γυναικός; μὴ ζῆτε γυναῖκα.* Ἄλλ' μὴ εἰσηγῆ· οὐκ ἀποφώνηται, οὐδὲ ἐνομοθέτησεν· ὁ γὰρ περὶ τοῦ γάμου λόγους πάλιν ἔγγυς ἔστηκε, τοῦτον τὸν φόβον ἀνέει, καὶ λέγων· *Ἐὰν δὲ καὶ γῆμης, οὐχ ἡμῶρες.* Ἄλλ'α μὴδὲ νῦν ἀναπέσῃ· πάλιν γὰρ σε ἐπὶ τὴν παρθεναίαν ἔλκει. Καὶ τοῦτο ὁ λόγος αὐτῷ βούλεται, διδάσκων πολλὴν τῆ σαρκὶ θλίβειν ὑπομένειν τοὺς τῷ γάμῳ προσέχοντας. Καλόπερ γὰρ οἱ τῶν λατρῶν ἄριστοι καὶ προσηγορικῆς φάρμακον πικρὸν, ἡ τομῆ, ἡ καυσίτι, ἡ τι τῶν τοιούτων προσάγειν μέλλοντες, οὐκ ἀθρόως τὸ πᾶν ἐργάζονται, ἀλλ' ἐν τῷ μεταξύ δόντες ἀναπένοσαι τῶ κέμοντι, οὕτως ἀεὶ τὸ λατῶμενον προστιθέσθαι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ μακάριος Παῦλος οὐκ ἀνεσθῶς, οὐδὲ δι' αἰῶνα, οὐδὲ ἐφεξῆς τὴν περὶ τῆς παρθεναίας ὑψηλὴ συμβουλήν, ἀλλὰ διακόπτων αὐτὴν συνεχῶς τοὺς περὶ τοῦ γάμου λόγους, καὶ ταύτης τὸ σφοδρότερον ὑποκλίπτων, προσήνη τε καὶ εὐπάρθετον τὸν λόγον ἐποίησεν. Ἡ μὲν οὖν ποικιλία μίξις τῶν λόγων διὰ τοῦτο γεγνηται. Ἄξιον δὲ καὶ αὐτὰ λοιπὸν ἐξετάσαι τὰ ῥήματα· *Ἀδέσσαι γυναῖκα; φησὶ, μὴ ζῆτε λύσειν.* Τοῦτο οὐχ οὕτω συμβουλευόντος ἐστίν, ὡς τὸ ἀπορὸν δεκτικῶν καὶ ἀδελφόμενον τοῦ ἔσμου. Τίνας δὲ ἐνεκεν οὐκ εἶπεν· Ἐχες γυναῖκα; μὴ καταλήγη αὐτὴν· συνοικίεις; μὴ διαυγῆς; ἀλλὰ δεσμῶν τὴν συζυγίαν ἐκάλεισε; Τὸ φορτικὸν ἐνταῦθα τὸ πρᾶγμα τῶν ἀδελφόμενων ἐστίν· Ἐπειθεῖ γὰρ ἐπὶ βῆτον τὸν γάμον ἅπαντες τρίγους, δεκτικῶν ὅτι τῶν δεδεμένων οἱ γεγαμηκότες οὐδὲν διαφέρουσι. Κἀνταῦθα γὰρ ὅσαυτε ἀν ἐλάκυσθι βῆταρος, ἀνάγκη καὶ τὸν ἕτερον ἐπεσθαι, ἡ διαστασιάζοντα καὶ τὸν ἕτερον συναπολέσθαι ἐκείνῳ. Τί οὖν, ἔαν ὁ ἄνθρωπος καταφερῆ ἢ ἡ, φησὶν, ἐγὼ δὲ ἐγκαταλείψω βούλημαι; Ἀνάγκη σε ἐκείνῳ ἐπεσθαι. Καὶ γὰρ μὴ βουλομένη σε τοῦ ποιεῖν ἢ ἡδέεα τοῦ γάμου περιτεθείσας αἰουσι καθόλου καὶ ἐπιποθεῖαι πρὸς τὸν συνθεθέντα σου τὴν ἀρχὴν καὶ ἀντίπῃσιν καὶ διακόφῃς, οὐ μόνον οὐκ ἀπῆλλαξας σαυτὴν τὸν δεσμῶν, ἀλλὰ καὶ εἰς τιμωρίαν ἐσχάτην ἐπέβαλες.

ΜΙΛ. Ἠγάρ ἀκοντος ἐγκατανομένη τοῦ ἀνδρὸς οὐχ ὅτι τῶν τῆς ἐγκρατείας μεθῶν ἀποστραταία μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐκείνου μαχηίας αὐτὴ τὸν λόγον ὄψεαι, καὶ τὰς εὐθύνας μᾶλλον ἐκείνου. Τί δῆποτε; Ὅτι αὐτὴ πρὸς τὸ βάρβαρον αὐτὴν τῆς ἀσιγίας ὄψεαι τῆς κατὰ νόμον ἀποστραταίας μίξεως. Εἰ γὰρ μίτε πρὸς ὄλιγον τοῦτο ποιεῖν ἐπιτέτραπται ἀκοντος· ἐκείνου, τίνα ἂν ἔχοι συγκαμυθὴν ἢ διαπαντὸς αὐτὸν ταύτης ἀπομεινῶν τῆς παραμυθίας; Καὶ τὶ ταύτης, φησὶ, τῆς ἀνάγκης καὶ τῆς ἐπιηρείας βαρύτερον γένοιτ' ἂν; Κἀγὼ τοῦτ' ἴσθαι. Τίνας ἐνεκεν ὑποβάλλεις τῆ ἀνάγκη σαυτῆν; τοῦτον γὰρ τὸν λογισμὸν οὐ μετὰ τὸν γάμον, ἀλλὰ πρὸ τοῦ γάμου λαβεῖν ἐχρήν. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ὑπέρταρον τὴν ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ θεῖς ἀνάγκην, τότε περὶ τῆς λύσεως διαλέγεται. Εἰπὼν γὰρ, *Ἀδέσσαι γυναῖκα; μὴ ζῆτε λύσειν*, τὴν γυναικῆς ἐπιήγαγε, *Ἀδέσσαι ἀπὸ γυναικός; μὴ ζῆτε γυναῖκα*. Ποιεῖ δὲ τοῦτο, ἵνα οὐ πρότερον ἀκριβῶς ἐπισκεψά-

\* Sic e Savilio rescriptus pro ἐπαγαγέσθαι. Reg. ἐπὶ-  
κόνη. Edit.

† Reg. οὐ γὰρ πρὸς τὸ συνείναι καθάπερ γυνὴ τοῦ σῶσαι.

‡ Ἄλλ' δεσὶν in Reg.

§ Sic Savil., vulg. δι' ὄλιγον. Edit.

¶ Ἴν' γάμῳ· deest in Reg.

† Reg. ἐπιήγειρε τὴν περὶ.

‡ Reg. et Sav. ad marg. ὡς πρὸς ἐπίκρατον πρόημα τὸν γά-  
μον ὅπως γίνονται δεκτικῶν, quae licet non vna spectanda.

§ Reg. καταφερέ.



tum *facies* (1. Cor. 7. 16)? quique ejus adiumentum etiam in spiritualibus necessarium censet? Et ego id confiteor: non enim eam ab omni spiritali adiumento excludo; minime vero; sed in eam præstare dico, non cum exerceat ea quæ matrimonii sunt, sed cum muliebri sexu prædita, ad beatorum virorum virtutem evadit. Neque enim compta, delicata, pecuniaris reditus a viro flagitans, prodiga, sumptuosa cum eripere queat, sed cum his rebus omnibus sublimior, apostolicam in se vitam exprimit, summam probitatem et modestiam, et pecuniarum contemptum, et tolerantiam demonstrans, ita cum demum expugnare poterit: cum dicit: *Alimenta atque tegumenta habentes, ita contenti sumus* (1. Tim. 6. 8): cum hæc rebus ipsis meditatur, ac corporalem mortem irridens, vitam hanc præsentem nihil esse dicit: cum omnem vitæ hujus gloriam secundum prophetam fœni florem existimat (Isai. 40. 7). Non igitur quæ muliebriter cum viro consuescat, sic virum servare poterit, sed dum evangelicam vitam præstabit; hoc enim multæ etiam citra matrimonium fecerunt. Nam Priscilla, inquit (Act. 18), ascitum Apollo per omnem veritatis viam deduxit. Quod si nunc non licet, at possunt interim erga mulieres idem studium præstare, eundemque fructum facere; nam quod jam dixi, neque, illa quoniam conjux est, virum trahit. Alii qui nihil vetaret, neminem ex iis qui uxorem fidelem habeant infideliter manere, si quidem consuetudo ac convictus rem effectam daret. At non ita res se habet; sed si multam philosophiam atque patientiam exhibeat, si conjugii calamitates derideat, atque id unum assidue negotium ducat, id vero est quod ejus cum quo habitat animum salvum præstet: sin persistat muliebria postulare, ei nocet magis quam prodest. Jam vero vel sic rem in primis difficilem esse, audi quid dicat: *Qui acis enim, mulier, si virum salvum facies?* quo interrogandi genere uti solemus in iis quæ insolenter accidunt. Quid vero post illa dicit? *Alligatus es uxori? noli querere solutionem; solutus es ab uxore? noli querere uxorem.* Vides, ut assiduas transitiones faciat, et frequens omnino utriusque cohortationis velut temperamentum? Nam ut de matrimonio disputationi de continentia sermonem interposuit, auditorem interim excitans: ita et hic tractationem de matrimonio vicissim inserit, eum recreans. Exorsus a virginitate, antequam de ea aliquid dixisset, statim ad matrimonium recurrit: illud enim, *Præceptum non habeo*, matrimonium\* permittentis et introducentis est. Tum ubi ad virginitatem ventum est, dictumque, *Arbitror hoc bonum esse*, cum videret ejus nomen assidue usurpatum delicatis auribus multam acerbitatem afferre, non identidem id repetit; quiu explicata satis gravi causa ad ejus labores solandos, id est, instanti necessitate, ut sic quidem ausus est virginitatem iterum nominare; sed quid? *Bonum est homini sic esse.* Neque eam sententiam persequitur, sed ea interrupta et incisa, priusquam

gravis videretur, de matrimonio rursus disserit illis verbis: *Alligatus es uxori? noli querere solutionem* (1. Cor. 7. 27). Nam ni id esset, nisi id hic solatim parare cogitaret, ineptum esset virginitatem consententem de matrimonio philosophari. Deinde iterum ad virginitatem transit; ac ne nunc quidem proprio nomine appellat, sed quid? *Solutus es ab uxore? noli querere uxorem.* At enim ne vereare; non id censet atque sancit: prope est enim rursus de matrimonio sermo, terrorem eum solvens his verbis: *Quod si duxeris, non peccasti* (Ibid. v. 28). At nec jam concede; nam iterum te ad virginitatem trahit. Atque id est quod vult, docens, qui matrimonium ineant, eos multam in carne tribulationem sustinere. Ut enim optimi quique medici et benigni amarum medicamentum aut sectionem aut ustulationem aut simile aliquid adhibitori, non continuo totum peragunt, sed data interim agro respiratione, ita semper quoddam reliquum est adducunt: ad eundem modum et beatus Paulus virginitatis consilium non sine intermissione et perpetuo ac consequenter pertexit, sed de matrimonio sententiis id assidue interruptens, atque ita molestiæ illius sensum eripiens, blandam ac plausibilem orationem reddidit. Ob id igitur varia sententiarum quasi miscella facta est. Sed opere pretium porro est ipsa etiam verba indagare. *Alligatus es uxori?* inquit, *noli querere solutionem.* Hoc non tam consulentis est, quam vinculi tenacitatem ac firmitatem demonstrans. Quamobrem autem non dixit, *Habes uxorem? ne eam desere;* cum illa conjunctus vivis, ne discede, sed vinculum conjugum vocavit? nimirum ut rei acerbitatem hic ostenderet. Quoniam enim ad matrimonium eum ad facilius vulgo concurrunt, conjuges declarat nihil a vinculis differre; nam et hic quocumque alter trahat, alteri sequendum est, aut si pugnam moveat, cum eo una percutendum. Quid vero, inquit, si vir dissolutus sit, ego continens esse velim? Necessè est, ut tu illum sequaris; id enim ut vel nolens facias, juvenda matrimonii catena trahit, ad eumque cogit qui tecum initio devinctus est: sin obnitare ac te serjungas, et te vinculis non exsolves, et in extremum supplicium conicies.

XLVIII. *Quæ invito vira continens sit, graviore quam is qui adulteret penas daturam.*— Etenim quæ invito viro continens est, non solum continentia præmiis caret, sed illius etiam adulterium gravius quam ille luet ac plectetur. Quid ita? Quod eum legitimo coitu fraudatum, in lascivie barathrum deturbarit. Nam si eo nolente nec minimum id facere permittitur, qua venia digna sit quæ eum solatio hoc perpetuo privat? Et quid, inquit, ea necessitate ac miseria durius possit accidere? Et ego idem sentio. Cur te necessitati ei subijcis? enimvero eam rationem non post, sed ante matrimonium subductam oportebat. Itaque etiam Paulus proposita demum vinculi necessitate, de solutione sermocinatur: ei sententiæ, *Alligatus es uxori? noli querere solutionem*, illam subdens, *Solutus es ab uxore? ne quære uxorem.* Id autem facit, ut tute prius accurate perspecta ac cognita matrimonii vi facilis de ce-

\* sic juxta Savil. in B., brevi intervallo. N.

\* vox, matrimonium, deest in Reg.

libatu orationem admittas. *Quod si duxisti*, inquit, *non peccasti; et si nupsit virgo, non peccavit.* En magni illius facinoris, matrimonii scilicet, exitum, ut non reus agaris, non ut admirationi habearis; id enim est virginitatis: cæterum conjugii satis sit audire, eum non peccasse. Cur igitur, inquit, hortaris uxorem non querere? Quod semel devincto, solvi nefas sit, quod in eo sit ingens miseria. Hoccine solum, queso, ex virginitate questus faciam, ut miserias has effugiam? et quis virginitatem colere sustineat tantilla mercede? quis in tantum certamen descendere animum inducat, tantorum sendorum hoc solum præmium capturus?

XLIX. *Cur ab hujus vitæ jucundis ad virginitatem instiget.*— Quid dicis? cum me ad pugnam cum demoniis provocas. *Nec enim nobis lacta est adversus sanguinem et carnem* (Ephes. 6. 12), cum naturæ furori obstistere jubes, cum carne et sanguine constitutam incorporeis Virtutibus paria prestare hortaris, terrena memoras bona, dicisque nos matrimonii miserias non laturas? Nam cur non sic ait: Quod si nupsit virgo, non peccavit, sed virginitatis coronis se privavit, magnis illis et arcanis bonis? Cur non præmia, quæ post certamen eas maneant, recensuit, ut in occursum prodeant sponso, ut splendidas lucernas habituræ sint, ut summa cum gloria ac fiducia Regem in thalamum comitentur, ut omnium proxime ejus solio et regis toris effulgeant? Sed de his ne levisime quidem meminit; vitæque miseriarum vacuitatem sursum deorsumque jactat. *Arbitror*, inquit, *id bonum esse: ac dicere negligens, propter futura bona, ait, Propter instantem necessitatem.* Delinde rursum eo dicto, *Quod si nupsit virgo, non peccavit*, cælestibus præmiis, quibus se privavit, silentio præteritis, *Tribulationem*, inquit, *carnis habebunt hujusmodi.* Neque id hactenus solum, sed ad finem usque facit, et omnia ejus a futuris bonis commendatione, iterum ad eandem eausam confugit, *Tempus breve est*, inquiens; ejusque loco, *Volo vos in celo resplendere, et nuptias multo illustriores haberi*, rursum hæret inquiens, *Volo autem vos sine sollicitudine esse.* Neque id hic solum facit, sed etiam quo loco ei de injuriis ferendis sermo est, eandem consilii viam inicit. Nam cum dixisset, *Si esurit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi* (Rom. 12. 20): qui rem tantam imperaret, contraque naturæ necessitatem niti juberet, ac cum rogo tam intolerabili decertare, ubi ad mercedem ventum est, de celo ac cælestibus silentium; tantum ejus a quo læsus sis damno remunerationem definit: *Id enim faciens*, inquit, *carbones ignis in ejus caput congeris* (Ibid.). Quid igitur eo solatii genere usus est? Non inscitia neque ignarus quemadmodum alliciendus atque inducendus sit auditor, sed quod maxime omnium mortalium hac virtute præditus esset, persuadendi, inquam. Unde id apparet? Ex iis quæ dissert. Qui, et quomodo? Corinthiis loquebatur; prius enim hoc de virginitate expediemus; Corinthiis, inquam, apud quos statuerat nihil scire, nisi Jesum Christum, et eum crucifixum (1. Cor. 2. 2); quos ut spirituales alloqui non potuerat, et quod carnales es-

sent adhuc, lacte aluerat; quibus etiam cum hæc scriberet, hæc vitio dabat, *Sed ne nunc quidem potestis; adhuc enim carnales estis, et secundum hominum ambulatis* (1. Cor. 3. 2). Ideo a rebus terrenis, aspectabilibus ac sensibilibus, eos et ad virginitatem instigat, et a matrimonio abducit: quod probe sciret, dejectos atque pronos et in terram adhuc inclinatos terrenis rebus magis cieri ac pellici. Quid est enim, queso, quod homines quidem rustici ac pingues tum parvis, tum magnis in rebus secure Deum et jurant et pejerant; in capite vero filiorum jurare nunquam animum inducunt? cumque et perjurium et supplicium hoc illud longe gravius sit, tamen hoc quam illo jurjurando magis continentur. Atqui ad pauperes juvandos non perinde sermonibus de regno excitantur, etsi frequenter audiant, atque spe consequendi in præsentia vita sibi aut liberis boni. Itaque tum maxime in his adjumentis ambitiosi sunt, ubi ex diuturno morbo convalescent, ubi periculum effugerint, ubi magistratum aliquem et imperium nacti sint; planeque multo plures iis, quæ ante pedes sint, magis incitari deprehendas. Hæc namque et in secundis vehementius extinguntur, et in adversis terrent acrius, quod horum sensum propinquiorem habeant. Quare et cum Corinthiis sic disseruit, et Romanos a rebus præsentibus ad injuriæ patientiam exercuit. Anima enim infirma læcessita, non tam facile iræ venenum remittit, si de regno audiat, atque in spem veniat remotam, quam si ejus qui injuriam dederit ultionem expectet. Itaque volens injuriam recordationis radicem convellere, atque iram amovere, quod efficacius erat ad eum qui læsus esset solandum profert, sed ut repositis in futuro tempore præmiis fraudaret, eum ut quoque modo in philosophiæ viam induceret atque ad reconciliationem ostium aperiret. Nam in omni præclara functione initium facere difficillimum est; post ingressum ea non æque est laboriosa. At non Dominus noster Jesus Christus idem facit, nec cum de virginitate, nec cum de injuriis ferendis disputat; sed illic cælestis regnum proponit: *Sunt enim*, inquit, *simuchi, qui seipsos propter regnum calorum castrarunt* (Math. 19. 12): cum vero pro hostibus precari monet, nec detrimenti eorum qui læserint, nec igneorum carbonum meminit, sed ea omnia pusillanimis ac miseris dicenda mittens, ipse eos majoribus præmiis invitat. Quibusnam? *Ut similes sitis*, inquit, *Patris vestri qui in caelis est* (Math. 5. 45). Vide quantum præmium; nam audiores erant Petrus, Jacobus, Joannes, cæteraque apostolorum turba: itaque eos spiritalibus præmiis allicit. Atque idem et Paulus fecisset, si cum ejusmodi tractasset: sed qui cum Corinthiis ageret, adhuc rudius affectis, jam inde eis laborum fructum proponit, quo virtutis negotium promptius inirent. Neque aliam ob causam Deus Judæis (Deut. 28), omnia cælestis regni pollicitatione, terrea bona largiebatur, et pro sceleribus non gehennam, sed ævi hujus calamitates, pestem, famem, morbos, bella, exsilium, reliquaque similia comminabatur, his enim carnaliores magis continentur ac





perterreant; de iis vero quæ aspectum fugiant, nec præsto sint, minus anguntur. Quare Paulus in iis magis hæret, quæ eorum tarditatem potissimum ferirent. Præterea illud quoque ostendere volebat, cæterarum virtutum quasdam hic nos multis laboribus exercere, et fructum omnem in futurum tempus condere: virginitatem vero, etiam dum colitur, non levem nobis compensationem reddere, quæ nos tot ærumnis atque curis liberet. Atque insuper et tertium quiddam præstitit. Quidnam? Ne res impossibilis crederetur, sed vel in primis facilis. Id autem efficit, iucesse in matrimonio plus difficultatum facile demonstrans; quasi diceret: Ærumnosa tibi ac laboriosa res videtur! eadem vero propterea persequeandum censeo, quod æquid levis sit, ut negotiorum multo minus quam matrimonium præbeat. Nam eum vobis parcam, inquit, nec velim miserias habere, optarem vos matrimonium non contrahere. Quam miseriam? dicat fortasse quispiam; imo vero grandem oblectationem ac delicias habere inveniemus. Atque in primis summa cum licentia cupiditatem explere, nec cogi naturæ impetum ferre non minimum facit ad facilitatem: insuperque reliqua omnis vita a mœrore ac squalore libera, hilaritatis, risus, gaudii plena est. Eteum et opiparis mensis, et delicatis vestibus, et molli toro, et perpetuis balneis, et unguentis, et vino unguento nihilo deteriori, aliaque multa ac varia impensa corpus curantes, indo summas ei delicias comparant.

L. *Deliciae perinde in Veteri atque in Nova Lege prohibita.* — At vero neque hæc licent, et matrimonium coitus solum licentiam, non etiam deliciarum præstare solet: id beatus Paulus testatur his verbis, *Quæ autem in deliciis est, vivens mortua est* (1. Tim. 5. 6). Quæ si de viduis effatus est, audi quid de nuptis itidem dicat: *Mulieres habent modesto, cum omni verecundia et sobrietate ornantes se, non circumcisi, aut auro, aut margaritis, aut sumptuoso vestitu, sed ut feminas decet, pietatem recte factis proficientes* (1. Tim. 2. 9. 10). Neque hic solum, sed alibi quoque in eo valde frequens est, nihil plane harum rerum inaguo opere expectandum nobis esse. Et quid Paulum dico? qui cum et summa accuratioris tempus esset, et ingens spiritus gratia, hæc dicebat. Amos enim, qui infantes Judæos alloquebatur, qua tempestate deliciae, luxus, omniaque, ut sie dicam, supervacanea permissa erant, audi ut deliciis addictos serio tangat: *Væ qui ad diem malum conflunt, qui falsa sabbata frequentant atque tractant; qui in lectis cubantes eburneis, luxuriantur in suis cubilibus, et oculium hædos, et ex medio bovilium lactentes vitulos comedunt; qui ad organorum sonum plaudunt, fugitiva pro stans habentes, vinum defæcatum bibentes, et primariis unguentis delibuti* (Amos 6. 4-9).

LI. *Licet deliciarum permissum esset, matrimonii tamen molestias satis esse quæ eam voluptatem extinguant.* — Itaque quod dicebam in primis, nec deliciarum

licet. Quin ut nihil horum vetitum esset, sed omnia concessa, at sunt alia ad mœstitiam ac dolorem his æqualia, imo tanto et plura et majora, ut illorum nec minimum quidem sensum capiamus, sed omnis ex iis voluptas facessat.

LII. *Quantum malum sit zelotypia.* — Si enim quis natura sit ad zelotypiam propensus, ad eam causa ulla minimo vera eo malo corripitur, æquid quina hujusmodi miserabilis sit? Si bellum atque tempestatem cum his ædibus comparemus, accuratius hujusce rei consequemur imaginem: omnia tristitia, suspitionis, rixarum, turbae plena sunt. Nam qui hac insania jectus sit, cinihilo melius est, quam demoniaci ac mento capti: adeo assidue exsilit, resilit, in omnes stomachatur in præsentem, seu servus, seu natus, seu quisvis alius sit, immerentes licet, irascitur. Voluptas prorsus fugatur, mœrore, lectu, insuaviatate omnia referuntur: seu domi maneat, seu in forum prodeat, seu iter adornet, ubique malo tangitur, animum ei quovis stimulo acris pungente ac vezante, nec quiescere sinente: neque enim hic morbus tristitiam solum, sed etiam intolerabilem furorem parere solet. Atque hæc vel singula satis sint quæ hoc morbo captum conficiant: sin autem simul conjuncta oppugnent, eum assidue prementia, nec minimum ei respirandi tempus tribuentia, qua non morgetur et acerbius sit? Nam seu extremam egestatem, seu insanabilem morbum, seu ignem, seu ferrum nominem, nihil par dixeris: id soli experti probe sciunt. Nulla est enim dicendi tanta vis, quæ mali gravitatem consequatur. Etenim cum omnium carissimam, et pro qua lubens vel vitam impendat, suspectam habere semper cogitur, quid cast omnino quod solari eum possit? Seu namque somnum inire, seu cibum potumque capere necessum sit, mensam letalibus venenis potius quam edulis instructam credit: in lecto nec vel momento quiescet, sed tanquam subjectis pronis æstulabit ac jaculabitur: neque aut amicorum congressus, aut negotiorum cura, aut periculorum metus, aut ingens voluptas, aut aliud quidquam ab eo æstu hominem abducere potest, sed procella hæc omnibus et jucundis et tristibus potentius animum possidet. Hæc cum perpexisset Salomon, dicebat: *Durus sicut infernus zelus* (Cant. 8. 6): et rursus, *Plenus enim zeli ejus viri furor, non parcat indie iudicii, nec redemptione ultra inimicitias componet, nec quantivis donis placabitur* (Prov. 6. 34. 35). Is est enim morbi luxur furor, ut nec sumpto de eo qui læserit supplicio, dolorem missum faciat. Itaque multi, adultero sublato, iram atque mœrorem tollere non potuerunt. Sunt et qui cæsis suis conjugibus, æque, imo magis, eo rogo exarserint. Ac vir quidem in his malis degit, etiam cum nihil verum sit. Cæterum misera illa et ærumnosa vel viro gravius excruciat. Nam cum eum, qui ærumnarum omnium solatiu esse debeat, et unde præsidium expectandum sit, efferum atque omnium in se inimicissime affectum ceruit, qui jam se vertat? ad quem confugiat? unde malorum auxilium petat, portu ei præstructo, et innumerabilibus scopulis relicto? Tum et servi et an-

<sup>1</sup> Reg.... Nobis esse: Habentes enim, inquit, alimenta et tegumenta, his concienti sumus. Nam qui voluit dirites fieri incidit in tentationem, et in laqueum diaboli, et desideria multa insititia et motiva, quæ mergunt hominem in interitum et perditionem (1. Tim. 6. 8. 9). Et quid Paulum dico?...

cilla in eam viro contumeliosiores sunt. Est enim genus hoc hominum, cum aliqui suspiciosum et ingratum, tum licentiæ plus nacti, interque se adversos heros conspicientes, ex eorum bello non leviem improbitatis suæ ansam capiunt. Nam tum iis quidquid lubet summa impunitate fingere atque comminisci licet, et suspicionem calumniis suis confirmatorem reddere. Animus enim semel hoc pestilentis morbo occupatus, facile cuncta credit, et aure omnibus ex æquo aperta, sycophantas a non sycophantis discernere non sustinet, sed ii potius vera dicere videntur, qui suspicionem augent, quam qui tollere conantur. Itaque fugitivi illi, eorumque uxores, nihilo minus ei quam contubernalis timendi et horrendi sunt, suumque illis locum cedat in illorumque ordinem transeat oportet. Et quando sine lacrymis agere poterit? quam noctem? quem diem? quod festum? quando citra gemitum, ejulatum, lamenta? Mæ, contumeliæ, convicia perpetuo, tum a viro temere saucio, tum ab impuris famulis: custodiæ unæ atque alteræ: omnia terroris ac trepidationis plena. Neque enim exitus solum et ingressus, sed et verba et oblitus et suspiria accurate atque curiose explorantur, et vel saxis rigidiores silentio cuncta ferre, ac thalamo perpetuo affixam esse victo durius necesse est, vel loqui, respirare, egredi volentem, omnium causam dicere apud corruptos eos iudices, famulas inquam et servorum turbam. Igitur, si placet, cum his malis et opes ingentes et splendidas mensas et servorum gregem, generis splendorem, potentie magnitudinem, gloriam summam, majorum claritatem confer; eorumque vitium hanc atudio desiderabilem efficiant nihil prætermittit, sed omnia diligenter collecta dolori hinc opponit: sane voluptatem quæ ex iis manat nec apparentem quidem carnes, atque ita profugam, ut scintilla in vastum æquor illapsa exstinguitur. Et hæc quidem ubi vir zelotypia fuerit affectus. Sin ad uxorem ægritudo ea pervadat (neque enim id raro evenire solet), cum illo quam cum hæc melius agetur: sed in hæc miseram rursus major dolorum pars redundabit: neque enim fas est iisdem armis in suspectum uti. Nam quis uxorem ferat jubentem domi assidue manere? quis e servis herum observare ausit, quin continuo ad barathrum alrapiatur? Itaque nec his machinamentis solari se possit, nec iram verbis efferre: sed vir semel fortasse iterumque vitiligantem patietur; sin criminari persistat, statim docebit, præstare ac silentio ferre ac tabescere. Atque hæc quidem si suspicio sit. Porro si malum hoc verum sit, jam uxorem nemo e læsi manibus eripiat, quin leges opitulantes nactus omnino sibi carissimam in iudicium adductam trucidet: cæterum vir legum pœnas effugit, sublimi ac divinæ sententiæ servatus. Verum id ad miseræ consolationem non sufficit; sed necesse est longam quamdam ac miserandam mortem subire, per incantamenta atque veneficia, quæ adulteræ mulieres præparant: peræque etiam nec insidiis in eas quas læssant opus habuerunt, sed illæ incrocis vehementia privis exstinctæ,

ipsas præverterunt. Ita ut quantumvis viri omnes ad matrimonium confluerent, feminis id non sit persequendum. Nam nec inesse in se tantam libidinis impotentiam possunt dicere, et dolorum qui ex eo impendentiam plus capiunt: quod quidem jam est a nobis demonstratum. Quid igitur, inquit, id in omni matrimonio est? Nec vero abest ab omni: cæterum ab omni virginitate longe atque procul est. Ac nepta licet in malum non incidat, at in mali metum incidit: neque enim potest, cui cum viro consuescendum sit, non una cum consuetudine mala omnia secum putare ac metuere: virgo autem non solum a molestiis, sed etiam a suspicione libera est. At hoc non est in omni matrimonio. Non equidem id dico, sed quamvis id non insit, alia insunt multa, ac licet illa effugias, omnia plane effugere non possis; sed velut in sentibus, quæ vestimentis adhæreant, qui sepe transcendit, ad unam evellendam conversus, aliis pluribus tenetur: ita et in re uxoria, qui hoc præsumit, illo rursus læditur; qui vero illud evaserit, aliud offendit: nec facile matrimonium invenias omni molestia solutum.

LIII. *Conjugium dicitur expetendum non esse, imo pauperum connubio molestius esse.* — Verum, si videtur, infaustus dimissis, quod in eo ter beatum existimetur, et multi, adeoque omnes optent consequi, id tunc in medium productum inquiramus. Quidnam id est? Qui pauper, humilis, abjectus sis, ex ampla ac potenti et locuplete domo uxorem ducere. At hoc, quod expetendum videtur, non minoribus, quam illud, quod perosum est, calamitatibus obnoxium comprehendemus. Est enim aliquo cum hominum genus insolentissimum, tum in iis mulieres, eo quidem magis, quo impotentiores sunt. Quare et morbo hoc facilius capiuntur: si vero superbæ graves etiam causas habeant, nihil est quod eas in officio contineat; sed quasi flamma materiam nacta, ita immane quantum se sustollunt, ordinem invertunt, summæ infimis mutant. Nam virum uxor capitis locum tenere non sinit, sed qua est contumacia atque festu, de eo gradu dejectum in suum, id est ad subjectionem, compellit, ipsaque fit caput ac dux. Et quid ea absurditate gravius esse potest? ut nihil dicam, convicia, contumelias, insuavitatem, quæ omnium sunt durissima.

LIV. *Quantumvis subjectam uxorem opulentam habeas, ingens incommodum esse.* — Jam si quis dicat (nam equidem multos dicere audivi, cum ejusmodi sermones incidunt): Tantum dives et nummosa sit, nullo negotio ejus fastus deprimeret ac dejicietur: si quis, inquam, hæc dicat, næ ille primum ignorat valde id difficile esse; deinde ut contingat, non parum adfert detrimenti. Etenim vi et timentem ac coactam viro subjeci, gravius atque injucundius est, quam vel summa auctoritate ei imperare. Quid ita? Quod ea vis amicitiam omnem ac voluptatem expellat: amicitia autem atque studii vicem terrore ac necessitate subeunte, quanti jam illud fuerit matrimonium æstimandum?

LV. *Intolerabile motum esse ditiori nubere.* — Atque hæc quidem si uxor opulenta sit. Sin contingat,







ea nihil habente, virum divitem esse, famula erit pro conjuge, et quæ ingenua est serva efficietur, ac se digna libertate manibus amissa, emptiis nihil præstabit; sed quantumvis vir lasciviat, quantumvis ferociat, quantumvis meretricium manum in ejus torum adsciscat, omnia pati ac benigne accipere necessum erit, aut domo cedere. Neque id solum est molestia, sed etiam quod viro sic affecto, nec servis, nec ancillis libere mandare poterit, sed velut in alienis degens, iisque quæ ad se non pertineant utens, et hero potius quam viro convivens, ita omnia et agere et pati cogitur. Quod si æqualis conditionis uxorem ducas, subjectionis rursus legem æqualitas pessum dabit, cum facultatis modus postulet, ut ea cum viro æquetur. Quid igitur tot ubique difficultatibus agas? Neque enim mihi, si quæ usquam pauca matrimonia hæc effugerunt, ea in medium profer; nam ex iis quæ assidue contingant, non quæ insolentia sint, res describendæ suht. Næc namque in virginitate difficile est evadere, imo ea accidere nequeant; in matrimonio difficile est non evadere.

LVI. *Nuptiæ gravem doloris necessitatem impositam esse.* — Quod si in iis quæ jucunda videantur, tantum oritur miseriarum et calamitatum, quid de iis quæ haud dubie acerbâ sunt, dicendum erit? Neque enim cum sola moritura sit, unam solum mortem expavescit, nec quæ unam habeat animam de ùna sollicita est, sed et viro et liberis timet eorumque conjugibus atque soboli, ac quo radix in plures ramos effunditur, tanto ei et curarum plus accedit. Horum singulis seu numerorum jactura, seu corporis valetudo, seu aliud aliquid accidat ingratum, ei macerare se ac lugere necesse erit nihilo minus, quam iis qui hæc patiuntur. Ac si quidem omnes ante eam decedant, intolerabilis erit luctus; sin aliis superstitionibus alii immatura morte rapiantur, ne sic quidem solatium purum invenias. Nam de vivis metus assidue animam conciens dolore de mortuis haud sauc levior est; quin si mirum quiddam dicere fas sit, etiam gravior. Nam defunctorum mororem tempus mitigat; de vivis sollicitudinem perpetuo manere oportet, aut morte sola existitui. Quod si nec propriis malis sufficinus, quam vitam agendus, aliorum calamitates lugere coacti? Multa sæpe claris majoribus ortæ, admodum delicate educatæ, viro cuiuspiam præpotenti elocata, repente priusquam iis rebus beentur, periculo aliquo tamquam procella ac turbine ingruenti et ipsæ demersæ naufragii malorum participes fiunt, et quæ innupte mille bonis fruebantur, nuptæ in extremam calamitatem decidunt. At non hæc, inquit, omnibus, aut semper evenire solent. Neque vero ab omnibus remota sunt; non equidem quoque idem repetam; sed cum parum usui venerunt, tuis quibus usui non venissent, eos sui metù cruciantur: cæterum virgo et experimento et metù omnî sublimior est.

LVII. *De molestiis quæ cum omnî matrimonio conjunctæ sint.* — Sed enim si placet, his omissis, quæ naturâ matrimonio tributa sint, neque a quoquam volente nolente vitari possint, in præsentia perlustr-

mos. Quænam ea sunt? Dolores partus, infantes. Imo vero alius orationem repetamus, et quæ matrimonio antecedant, quantum fas est cognoscamus; nam accurate soli experti cæsent. Adest sponsaliorum tempus; itaque protinus cura anceps atque varia quem virum captura sit, an obscurum, an infamem, an pervicacem, an fallacem et arrogantem, an adacem, an zelotypum, an trivalem quempiam, an hardum, an improbum, an durum, an iuabilem. Hæc enim omnia nuptas consequi non est necesse, vereri omnia ac timere necesse est: quippe cum nōdum certum sit quem sit sortitura, sed adhuc spe tamquam e sublimi imminente animus omnia pavet ac formidat, neque horum quidquam est quod non cogitet. Sin dicat aliquis, eam expectantem contraria letari etiam posse, sciat non tam nos honorum spem solari, quam malorum metum augere. Nam bona denum cum certo sperantur, voluptatem pariunt; mala, ubi vel suspicatio sit, extemplo mentem confundunt ac perturbant. Ut enim mancipia de futuris heris incerta animo quiescere non possunt: ita et virginum mens, ex quo facta sponso est, fluctuantis navigi similis est, parentibus in dies alios retineantibus, alios exigentibus. Nam heri victorem prociū hodie gratia vincit alius, et hunc rursus exturbat alius. Quin plerumque in ipso matrimonii tamquam limine, qui sponsus speretur, vacuis manibus discedit, puella a parentibus insperato calumpiam tradita. Nec femina solum, sed etiam viri acerbas curas habent. In hos namque perquirere facile est; illius vero quæ assidue intus conclusa tenetur, mores atque formam quo pacto exploraveris? Atque hæc quidem sponsalium tempore. At ubi jam præsto est matrimonii tempus, crescit sollicitudo, ac voluptatis major metus est, ne ex eo ipso vespere ingrata et multo expectatione deterior videatur. Et enim initio laudatam post contentum, ferendum est; ac cum a curriculi carceribus, ut ita dicam, fastidio esse videtur, quando suspici poterit? Neque hic mihi illud commemoram, Quid vero, si lepida sit? nam ne sic quidem cura hæc soluta et libera est. Multæ enim corporis venustate admodum conspicuæ viros suos capere nequiverunt, sed ii aliis longe se inferioribus addicti ipsas reliquerunt. Jam ea etiam cura expedita, alia rursus molesta succedit in dotis pensione, socero, quasi gratis numeret, haud sane comiter reddente, et sponso, qui totum nasci studeat, omni verecundia exigere coacto, et nova nupta solutionis dilatione pudæfacta, virum quovis improbo debitore magis reverente: quæ mitto in præsentia. At enim hæc soluta cura, continuo sterilitatis metus ingruit; præterea autem et prolium frequentia anxietas: neque adhuc horum quoquam explorato, utramque in partem jam infle ab initio turbantur. Quod si brevi uterum gestet, rursus cum terrore lætitia; nihil est quin matrimonii honorum vacuum terrore; terror, inquam, ne abortu incidente et quod conceptum est intereat, et gravida in extremum discrimen veniat. Sin multum temporis interit, uxor hiscere non audet, quasi sit arbitra ipsa pariendi. Partus autem momento impen-

dente alvum tanto jam tempore afflictatam dolores disrumpunt ac divellunt, qui vel soli omnem matrimonios voluptatem offuscant. Quin et alia: deinceps curæ eam sollicitant. Etenim misera et ærumnosa puella, etsi vehementissime iis cruciatibus distenta, nihilo his minus formidat, ne pro perfecto et integro vitiosus atque mutilus infans prodeat, ne pro mare femina. Neque enim hæc eas sollicitudo levius tum, quam dolores, exercet; quæ non modo in quibus noxam committant, sed etiam in quibus absint a culpa, in his non minus quam in illis viros metuant; in eaque tempestate salutis suæ studio omissio, ne quid viro accidat ingratum, vocatur. Jam edito in auras infante, ac primam vocem effato, alia: rursus curæ excipiunt incolumitatis atque educationis. Si indole est liberali et ad virtutem comparata, iterum in metu parentes, ne quid sinisteri patiantur, ne immatura morte ebeat, ne in vitium aliquid degeneret; nam non solum ex improbis probi, sed etiam ex probis improbi ac flagitiosi fiunt. Quorum si quid evanitat invisum, intolerabilis malum est, quam si hæc ab initio contigisset: sin omnia in eo præclara stabilia permanent, at mutacionis timor assidue præsto est, parentum animos versans magnamque voluptatis partem detruncans. At non omnibus maritis contingit liberos habere. Itaque mihi aliam rursus inquietudinis causam narras. Quare si et susceptis liberis ac non susceptis, et probis ac flagitiosis, variis doloribus atque curis continentur, unde jam porro suavissimam conjugum vitam vocabimus? Jam si conjugati concordem vitam exigant, fermido erit ne irruens mors voluptatem dissipet; imo vero non formido erit, neque id malum metuendum dumtaxat fuerit, sed omnino necessitas erit aliquando in actum prodire; nemo enim potuit utrumque uno die extinctum ostendere. Quod si non contingat, quod superest necessitas erit vel morte acerbiorem vitam sustinere, seu diu cum ea consuevit, seu parum. Nam ille quo magis periculum fecit, eo majorem habet dolorem, longa consuetudine intolerabile dissidium reddente: hic priusquam amorem gustaverit ac expleverit, fervente adhuc desiderio ea spoliatus, idipsum vehementius lugeat; atque ex contrariis causis eadem uterque miseria tenetur. Quid jam dicam, quæ interim incidunt, separationes, diuturnas peregrinationes, angores iis conjunctos, morbos? Quid hoc ad matrimonium? inquit. Certe multæ sæpe ejus opera ægritudinem contraxerunt: injuria enim affecta et irritata partim ira, partim mœrore, gravem febrem concitarunt. Ac quamvis eo presente nihil ejusmodi patiantur, sed facili perpetuo utantur, peregrinationibus in ea mala rursus coguntur. Sed hæc omnia missa faciamus, nec matrimonium culpamus: at non hoc æque crimen effugere possit. Quodnam? Quod sanum ægro nihilo melius affectum demittat, sed ad parem demicumbenti iniquitatem compellat.

LXIII. *Matrimonium licet omnes miserias effugiat, nihil magnum habere.*—Visne hæc etiam cuncta dimittamus, ac quæ fieri nequeant supponamus, et ma-

trimonium demus omnia simul bona complexum, prolem numerosam, scitos liberos, opes, matrem-familias frugi, formosam, strenuam, consensionem, longævam senectutem? addo et generis claritatem, et potentie magnitudinem: nec vel commune hoc naturæ malum eos sollicitet, harum rerum conversionis formido, sed omnis mœrore, omnis metus ac curarum causa proscripta sit, neque aut alia ulla vis, aut mors immatura matrimonium dirimat, sed eam quoque omnes eodem die ebeant, aut quod eo longe fortunatius videtur, liberi hæredes supersint, parentem utrumque in extrema senectute simul præmittant: quem tandem finem consequentur, et quo demum ex hac tanta voluptate accepto emulmento, eo discedent? Nam multos liberos reliquisse, uxorem venustam cum deliciis cæterisque omnibus quæ jam percensum tractasse, ad senectam longam evasisse, ecquid nobis ad tribunal illud præsidium afferre possit, in veris æternisque rebus? Nihil. Itaque umbra sunt hæc, atque somnium; quippe cum in peregrinis illis sæculis, quæ tum nos excipiant, nihil ex his fructus, nihil solatii sperandum sit; qui his potius est, eodem loco est habendus quo expertes. Neque enim si quis in mille annis noctem unam suave somnium vidit, plus quiddam habere dicendus est, quam qui ejus visi expert fuerit. Imo vero nec quantum volebam loquutus sum. Nam nec quantum veris distant somnia, tantum hæc ab illis absunt, sed multo amplius: nec quod in mille annis una nox est, tantumdem hoc ad futurum sæculum est, sed hic rursus etiam plus interest discriminis. At virginitas non est ejusmodi; qui factio grandi questu discedit. Sed rem omuem a capite disquiramus.

LIX. *Virginitatem facilem esse.*—Non necesse habet in sponsum inquirere, nec fucum timet: Deus est enim non homo, Dominus non conservus. Ac sponsorum hoc discrimen est: vide autem et quibus rebus respondeantur. Non mancipia, non terræ jugera, non tot ac totidem auræ talenta, sed cæli et cælestia bona, sponsæ hujus dotalia snut. Præterea conjux mortem trepidat, cum propter alia, tum quod se a contubernali disjungat. Virgo et mortem desiderat, et vita gravatur, sponsum præsentem presentem intueri, eaque gloria frui properans.

LX. *Virginitatem nullius egere quod in nobis positum non sit.*—Nec vero ei, ut in matrimonio, in inopia degere quidquam fraudi esse potest; quin potius quod ultra sustineat, sponso id eam reddit cariorem: nec sordide natam esse, nec corporis venustate non excellere; neque aliud quidquam simile. Et quid hæc commemoro? Nam et si nec libera sit, neque id quidem ejus sponsalibus derogat, sed sufficit animum pulchrum præstare, ut vel primas consequatur. Non hic zelotypia timenda est, non alterius femina, ut clariori viro conjugatæ, invidia dolendum: neque enim ei quisquam similis atque par est, nec vero parvo intervallo proximus. At in matrimonio quantumvis prædivitem et præpotentem virum mulier nacta sit, aliam tamen reperiet

χρόνῳ πονηθεῖσαν ηὐδὼν ὤδους, αἱ καὶ μόναι ἰκαναὶ πάντα συγκαίεται τῷ γάμῳ χρησάται. Θεορρουοὶ δὲ αὐτὴν καὶ ἄλλαι μετὰ τούτων φροντίδες. Ἡ γὰρ ἄβλια καὶ καταίπυρος κόρη, καίτοι οὕτω σφοδρῶς ὑπὸ τῶν ἀληθινῶν ἐκείνων κατατεταγμένη, δέδοικε τούτων οὐχ ἕττον, μήποτε κλειωθῆναι καὶ ἀνάτηρον ἀντὶ ἀρείου καὶ οὐτύου προελθῆ, μήποτε ἀντὶ ἀρρήτους θῆλυ. Καὶ γὰρ αὐτὴ οὐχ ἕττον αὐτάς τῶν ὠδίνων ἢ ἀγωνία θεωρεῖ τότε· οὐδὲ γὰρ ἐν οἷς εἶπει ὑπέσθουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡν τῆς αἰτίας ἀρείου, καὶ τούτου δεδοκίμασε τὸν ἀνδραὶ οὐκ ἔλαττον ἢ ἐν ἐκείνοις, καὶ τὴν ἰδὼν ἄσφάλεια ἀρείου σκοπεῖ ἐν τοσούτῳ κλύδωνι, μεριμνώσει μὴ τὴ τάνθρῳ τὸν ἀβουλῆτων γένηται. Τοῦ δὲ παιδιοῦ πεσότος εἰς τὴν γῆν καὶ πρώτην ἀπέντος φωνῆν, ἑστραὶ πάλιν διαδεχόμεναι φροντίδες, αἱ τῆς σωτηρίας, αἱ τῆς ἀνατροφῆς. Κἂν μὲν εὐφρῆς ἐν τύχῃ καὶ πρὸς ἀρετὴν ἐπιτρέθῃ, πάλιν ἐν φόβῳ οὐ τεκόντες μὴ τὴ πάθῃ δεινὸν τὸ τεθῆναι, μὴ θάνατον ἄωρον ὑποστῆ, μὴ μεταβάλλῃ πρὸς κακίαν τινά. Οὐδὲ γὰρ ἐκ πονηρῶν χρηστοὶ γίνονται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ σπουδαίων φαυλοῦ καὶ πονηροῦ. Κἂν μὲν τούτων τὴ γένηται τῶν ἀπεικῶτων, ἀφορητοτέραν ἔχει τὴν λύπην, ἢ ἐκ παρὰ τὴν ἀρχὴν ταῦτα συνέπεσαν ἄν δὲ ἅπαντα μένη τὰ χρηστὰ βέβαια, ὅτῳ ἀπὸ τῆς μεταβολῆς ἀεὶ παρέσται αὐτοῖς φόβος, κατασίων τὴν ψυχὴν τῶν τεκόντων, καὶ πολλὴ τῆς ἡδονῆς ὑποτιμῶμενος μέρος. Ἄλλ' οὐ πάσι τοῖς γεγαμηκόσι παῖδας ἔχειν συμβαίνει. Οὐκοῦν ἑτέραν μοι λέγετε πάλιν ἀθυμίας ὑπόθεσιν. Ὅταν οὖν καὶ παιδῶν δέντων καὶ οὐκ ὄντων, καὶ χρηστῶν γενομένων καὶ πονηρῶν, διαφοροῖς συνέντηται λύπαις καὶ φροντίσι, πῶθεν λοιπὸν ἡδίστην καλέσομεν τὴν ἐν τῷ γάμῳ ζωὴν; Πάλιν, ἂν μὲν ὁμοιοῦντες [318] οἱ συνοικοῦντες διατελῶσι, φόβος μὴ θάνατος ἐμπειρῶν διακόψῃ τὴν ἡδονήν· μᾶλλον δὲ οὐκέτι φόβος τοῦτο μόνον, οὐδὲ μέχρι προσδοκίας τὸ δεινόν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἔργον αὐτὸ προελθεῖν πάντως ἀνάγκη. Οὐδέ τις γὰρ ἔσται ἐπιδείξει ποτε ἐν ἡμέρᾳ μὴ ἀμφοτέρους τελευτήσασιν· τοῦτο δὲ οὐκ ὄντος τὸ λοιπόμνον ἀνάγκη πολλὴ τοῦ θανάτου χαλεπωτέρην ὑπομένειν ζωὴν, ἂν τε πολλὴν τύχῃ συγκηκῶς χρόνον, ἂν τε ἄλιγον. Ἐκείνος μὲν γὰρ ὅση πλεῖονα τὴν παίρα ἔλαβε, τοσούτῳ μείζονα ἔχει τὴν δόνην, τῆς πολλῆς συνηθείας ἀφόρητον ποιούσης τὸν χωρισμόν· ὁ δὲ πρὶν ἢ γυμνασθεῖαι καὶ ἐμπλησθῆναι τῆς φύσεως, ἀκαμάρτους εἶε τῆς ἐπιθυμίας, αὐτὴν ἀφαιρεθείς, αὐτὸ τοῦτο μᾶλλον ἐκείνου πένθει, καὶ ἐξ ὑποθέσεως β' ἐναντίων ἴσους ἀμφοτέρου συνέντηται τοῖς λυπώσεσι. Τὶ δὲ χρὴ λέγειν τῶν ἐν τῷ μεταξὺ γινομένων χωρισμοῖς, τὰς μακρὰς ἀποθημίας, τὰς συνευγεμνας αὐτοῖς ἀγωνίας, τὰς νόσους; Καὶ τὸ τοῦτο πρὸς τὸν γάμον; φησὶ. Μάλιστα μὲν καὶ ἀπὸ τῆς αἰτίας τῆς τοῦτου πολλὰι πολλάκις ἠρῶσθησαν. Καὶ γὰρ ὕβρισθεῖσαι καὶ ὀργισθεῖσαι τοῖς μὲν ὑπὸ τοῦ θυμοῦ, τοῖς δὲ ὀπὸ τῆς ἀθυμίας πολλοὺς ἔτεκον πυρετούς. Ἐὰν δὲ καὶ παρῆντος μὴδὲν πάθωσι τοῦτον, ἀλλὰ προσποῦν ἀπολαύσαι διαπαντός, ὑπὸ τῆς ἀποθημίας εἰς ταῦτα πάλιν περιεστανταὶ τὰ κακά. Πλὴν ἄλλα ταῦτα πάντα παρέσθω, καὶ μὴδὲν ἐγκαλῶμεν τῷ γάμῳ, ἀλλ' οὐχὶ μετὰ τούτων κάκεινης αὐτὴν ἀπαλλάξαι δυνασόμεθα τῆς αἰτίας. Ποίας δὲ ταύτης; Ὅτι τὸν ὑγιαίνοντα οὐδὲν ἀφῆσιν ἄμνηνον τοῦ κάμνοντος διακίσειαι, ἀλλ' εἰς τὴν αὐτὴν τῷ κειμένῳ καθίστησιν ἄθυμια.

ΝΗ'. Βούλει καὶ ταῦτα πάντα ἐκβαλόντες θῶμεν τῷ λόγῳ

α Reg. ὑπὲρ τῆς σωτηρίας καὶ τῆς.

β Reg. ἐξ ὑποθέσεως.

γ Reg. τότε μὲν ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς, τότε δὲ.

τὰ ἀδύνατα, καὶ συγχωρήσωμεν γενέσθαι γάμον πάντα ὁμοῦ ἔχοντα τὰ ἀγαθὰ, πολυπατεῖαν, εὐπατεῖαν, πλοῦτον, γυναικὴς σωφροσύνην, κάλλος, σύνεσιν, ὁμόνοιαν, γῆρας μακρόν; προσέτω καὶ γένους περιφάνεια, καὶ δυναστείας μέγεθος, καὶ μὴδὲ τὸ κοινὸν τοῦτο τὰς φύσεως ὁλέσει πάθος, ὁ φόβος τῆς τούτων μεταβολῆς, ἀλλ' ἐξουσίωσα πάσα μὲν ἀθυμία ὑπόθεσις, πάσα δὲ φροντίδος καὶ μερίμνης ἀφορημὴ, καὶ μήτε ἄλλη τις αἰτία, μήτε θάνατος ἄωρος διαεγγύνω τὸν γάμον, ἀλλὰ καὶ τούτων ἐν μῆ πάντας δεχέσθωσαν ἡμέρας, ἢ, ὁ τούτων πολλῷ μακαριώτερον εἶναι δοκεῖ, μενέτωσαν μὲν οἱ παῖδες κληρονόμοι, τοῖς δὲ γονεῖς ἀμφοτέρους ὁμοῦ προσιμπόντων α' μετὰ γῆρας μακρόν· καὶ τὸ τὸ πέρα; ποῖον δὲ κέρδος ἐκ ταύτης τῆς πολλῆς ἡδονῆς ἔχοντες ἀπελείπονται ἐκεῖ; Τὸ γὰρ πολλοὺς παῖδας καταλιπεῖν καὶ καλῆς ἀπολαύσαι γυναικὸς μετὰ τρυφῆς καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων ὧν ἔρει διπλοῦν, καὶ εἰς γῆρας εἰλάσαι μακρόν, τὶ πρὸς τὸ δικαστήριον ἡμᾶς ὠφελῆσαι δυναστείας ἐκείνη ἐν τοῖς αἰωνίοις πράγμασι καὶ ἀληθινοῖς; Οὐδέν. Οὐκοῦν οὐκ αὐτὰ καὶ ἄνωγ. Ὅταν γὰρ ἐν τοῖς ἐκεῖ διαδεξομένοις ἡμᾶς αἰώσι καὶ πέρασιν οὐκ ἔχουσι μὴδὲν ἀπὸ τούτων δυνασθῶμεν κερδῶνα, μήτε παραμυθίας ἀπολαύσαι τινος, ἐν ἰσῳ τοῖς οὐ μεταποῦν ἐνν μετασχόντα θετέον. Οὐδὲ γὰρ εἰ τις ἐν χιλίοσι ἔτεσι μίαν νύκτα μόνην εἶδεν ἄνωγ χρηστῶν, πλεόν τι τούτων ἔχειν ὡσησται τοῦ μὴ ταύτης ἀπολαυκότος [319] τῆς ἔβλας. Καίτοι γε οὐδὲ ὅσον ἐβουλόμην εἶπον. Οὐδὲ γὰρ ὄσον τὰ ἄνωγρατα ἀπολείπεται τῆς ἀληθείας, τοσοῦτον τὰ ἐναυθα ἀφῆσται τῶν ἐκεῖ, ἀλλ' εἰ μᾶλλον· οὐδὲ ὅσον ἔστιν ἐν ἔτεσι χιλίοσι μία νύξ, τοσοῦτον ὁ παρών αἰὼν πρὸς τὸν μελλόντα, ἀλλὰ κἂν τούτῳ πολλῷ πλεόν πάλιν τὸ μέσον. Ἄλλ' οὐ τὰ τῆς παρθένου τοιαῦτα, ἀλλὰ πολλὴν ἀπεισιν ἔχουσα τὴν ἔμπροσθεν· μᾶλλον δὲ τὸν λόγον ἀνωθεν ἐξετάσωμεν.

ΝΘ'. Οὐκἀναγκάζεται πολυπραγμονεῖν τὸν νυμφίον, οὐδὲ μὴ τὴν ἀπάτην ὁπομινῆν δίδουκεν· θεός γάρ ἐστιν οὐκ ἀνωγρος, δεσπότης οὐχ ὁμόδομος. Καὶ τῶν μὲν νυμφίων τὸ μέσον τοσοῦτον· σκόπετε δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνωγρονται. Οὐ γὰρ ἀνδράποδα, οὐδὲ γῆς πλεῖρα, οὐδὲ τόσα καὶ τόσα χρυσοὶ τάλαντα, ἀλλ' οὐρανὸν καὶ τὰ ἐν οὐρανοῖς ἀγαθὰ τὰ ἐδνα ταύτης τῆς νύμφης ἐστί. Πρὸς τοῦτο δὲ μὲν γεγαμηκυῖα φρίεται, τὸν θάνατον τῶν τε ἄλλων ἔνεκεν, καὶ ὅτι τοῦ συνοικοῦντος αὐτῆν ὁ διαεγγύνωσι· ἢ δὲ παρθένος καὶ ποθεῖ τὴν τελευτὴν, καὶ βαρύνεται τῇ ζωῇ, σπεύδουσα τὸν νυμφίον ἰδεῖν πρόσπονον πρὸς πρόσπονον, καὶ τῆς βόξης ἀπολαύσαι ἐκείνης.

Σ'. Οὐτε δὲ τὸ πένια συζῆν καθάπερ ἐπὶ τοῦ γάμου παρθελάφαι δύναιτ' ἂν αὐτὴν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ποθεινοτέραν τῷ νυμφίῳ τὴν ἐκούσαν τοῦτοῦτομοῦσαν ποιεῖ, ὅτε τὸ ἐκ ταπεινῶν γεγενῆσιν, ὅτε τὸ μὴ διαλαμβάνει τὴν τοῦ σώματος ἄνωγ, ὅτε ἄλλο τῶν τοῦτοῦτον οὐδέν. Καὶ τὶ λέγω ταῦτα; καὶ γὰρ μὴδὲ ἐλευθερὰ ὄσα τύχη. οὐδὲ τοῦτο αὐτῆς λυμναίνεται τὴν μηνησται, ἀλλ' ἀρκεῖ ψυχὴν ἐπιδείξασθαι καλῆν, καὶ τῶν πρωτείων τυχεῖν. Οὐκ ἔστιν ἐκεῖ φορηθῆναι ζηλοτυπία, οὐκ ἔστιν ἀλλήγεσιν διασφρονώμενην ἑτέραν γυναικὶ ὡς λαμπροτέρῳ συνευγεμνῆ ἀνδρὶ. Οὐ γὰρ ἐστιν ὁμοῖος αὐτῷ οὐδὲ ἴσος οὐδὲς, ἀλλ' οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἕγγυς· ἐν δὲ τῷ γάμῳ καὶ τὸν σφόδρα πλουτουμένων καὶ μεγάλα δυναμένων ἔχῃ τις ἄνωγ, ἀλλ' ἄνωγ δύναιτ' ἂν ἑτέραν εὐρεῖν πολλῷ μείζονα ἔχουσαν. Οὐχ ὡς ἔτυχε δὲ ἔλαττοι τὴν

α Morel. et Savil. in textu propretimov, Reg. et Savil. in marg. propretimov.

γ Reg. τὸς συνοικοῦντας αὐτῶν.

ἐκ τῆς τῶν ἡττύων ὑπεροχῆς ἤβονη ἢ τῶν μειζόνων ἢ ὑπερβολῆ. Ἄλλ' ἢ πολλὴ τρυφή τῶν ἡρώων καὶ τῶν ἱματιῶν καὶ τῆς τραπέζης καὶ τῆς ἄλλης ἀδείας ἱκανῆ δειλάσαι ψυχὴν καὶ ἐφελκίσασθαι; Καὶ πῶσαι τούτων ἀπολούουσι γυναῖκες; καὶ γὰρ πλείστον τῶν ἀνθρώπων μόνος πενία οὐκ ἢ ταλαίπωρος καὶ πόνοις. Εἰ δέ τινας εἶεν αἰ τούτων μετέγουσαι, σφόδρα μὲν ὀλίγα; καὶ εὐαριθμητοί; καὶ αὐταὶ ἐκ παρὰ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν· οὐδὲν γὰρ ἐπίεται ἐν τούτοις τρυφῇ, ὡς καὶ ἀπεδείξαμεν ἐν τοῖς πρόθετον λόγοις ἂ.

ΞΑ'. Πλὴν ἀλλὰ θυμὸν πάλιν τῷ λόγῳ καὶ ταύτην συγχερίσθαι τὴν τρυφὴν, καὶ μήτε τὸν προφήτην, μήτε τὸν Παῦλον ἀπεκρίνασθαι πρὸς τὰς κλιδώσας τῶν γυναικῶν· εἰ τὸ θελοῦς τῶν πολλῶν ἡρώων; Ἔτερον μὲν οὐδὲν, βασκανία δὲ καὶ φροντίς καὶ φόβος οὐχ ὁ τυχών. Οὐ γὰρ μόνον ὅταν εἰς τὸ κιβώτιον αὐτὰ ἀποθύνται, οὐδὲ νυκτὸς καταλαβοῦσθαι μόνον παρῆνται ταῖς φροντίσιν, ἀλλὰ καὶ ὅταν αὐτὰ περικλυταὶ ε, καὶ ὅταν ἡμέρα ᾖ, τὴν αὐτὴν ὑπομένουσι μέρμιαν, μᾶλλον δὲ καὶ χαλεπωτέραν. Καὶ γὰρ ἐν Βαλανείας καὶ ἐκκλησιαστικῶν παραινόνται αἰ τὰ τοιαῦτα [320] κακοφροῦσαι γυναῖκες· κἀκεῖναι δὲ πολλὰς καὶ χρῆσας ὑπὸ τῷ πληθύνει ὀνομάζονται καὶ πιεζόμεναι αἰ χροσοφοροῦσαι οὐδὲ ἀσθιόνηται ἐκπεσόντος αὐταῖς τῶν ἡρώων τινός. Οὕτω γοῦν πολλὰ οὗ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ πολλὰ τοῦτων ἐστὶ τιμιώτερα περιβέρα ἀπὸ τιμιῶν συγκείμενα λίθων διασπασθέντα καὶ ἐκπεσόντα ἀπόλασαι.

ΞΒ'. Πλὴν ἀλλὰ μὴδὲ οὕτος ἔστω ὁ φόβος, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἐξηρήσῃ ἢ φροντίς, εἰ τὸ θελοῦς; Εἶδεν ἡ ἕτερος, σφοδρῶς καὶ ἐθαύμασεν. Ἄλλὰ οὐ τὴν περικεκμημένην, ἀλλὰ τὰ περικείμενα, ἐκείνην δὲ διὰ ταῦτα καὶ ἐκείναις πολλὰς, ὡς περὶ παρὰ τὴν ἄξιαν κοσμομένην αὐτοῖς. Ἄν τις γὰρ εὐμορφὸς ᾖ, λυμνιεται τῷ κάλλει τῆς φύσεως· ὁ πολὺς γὰρ κόσμος ἐκείνος οὐκ ἀφίηται αὐτὸ φαίνεται γυμνῶν τὸ πλείστον αὐτοῦ μέρος ἀφαιρούμενος· ἐάν δὲ ἄμορφος ᾖ καὶ δυσειδής, ἀτερπετέραν ἀπέδειξεν οὕτω μᾶλλον αὐτήν. Ἡ γὰρ ἄμορφη πανταχοῦ κῶν' ἑαυτὴν μὲν φανομένη ὅσον ἐστὶ φαίνεται μόνον· ὅταν δὲ αὐτῆ παραβάλληται ἄλλω λαμπρότης καὶ ἑτέρας τινός ὕλης κάλλος, ἐπιτείνεται εἰς δυσειδίαν μειζώνως. Τό τε γὰρ τοῦ σώματος μελαν πολλῷ μελάντερον δεικνύσιν ἐπιτείνον τὸ μωργαρίτου τὸ φῶς καὶ ὡς περ ἐν σκόφῳ στήθων, τό τε τοῦ προσώπου δυσειδίπλαστον τὰ τῶν ἱματιῶν ἀνάθη πολὺ κἀκίον ἀποφαίνει, οὐκ ἀφίεται καθ' ἑαυτὸν ἀγυλιζέσθαι τὸν τῆς βίσεως τύπον παρὰ τοῦ θεαταῖς, ἀλλὰ πρὸς τὸ χειροποίητον ἐκείνο καὶ ἀμύχανον κάλλος, ὅθεν ἢ μελίω ἤεται γίνεται. Ὁ γὰρ διασπαρμένος ἐν τοῖς ἱματίοις χρυσοῦς, καὶ ἢ πολλὰ τῶν ταῦτα ἐργαζομένων ποικίλια, καὶ ὁ λοιπὸς κόσμος ἅπας, καθάπερ τὴν ἀθλητῆς γενναῖος εὐεκτὸν καὶ σφριγγῶν φυραλέον τινὰ καὶ αἰσχροὺν καὶ λιμώττονα παρασάμενος ἀνεγυμνασθῆν, οὕτω τὴν τοῦ προσώπου ὄξαν τῆς περικεκμημένης καταβαλὼν πρὸς ἑαυτὸν ἐπιστάται τοὺς θεατὰς, ἐκείνην μὲν καταγέλασθαι μειζώνως, αὐτὸν δὲ μὴ ὑπερβολῆς θαυμάζεσθαι παρασκευάζων.

ΞΓ'. Ἄλλ' οὐχ ὁ τῆς παρθενίας κόσμος τοιούτος. Οὐ γὰρ λυμνιεται τῇ περικεκμημένη, ἐπειδὴ μὴδ' ἐστὶ σωματικὸς, ἀλλὰ τῆς ψυχῆς ὄλος· καὶ διὰ τοῦτο, ἂν τε δυσειδής ᾖ, μετέβαλε τὴν δυσειδίαν εὐθέως κάλλος περιετὸς ἢ ἀμύχανον, ἂν τε ὠραία καὶ φαῖρα, λαμπρότερα ἐργα-

σατο. Οὐ γὰρ λίθοι καὶ χρυσοί, οὐδὲ ἱματιῶν πολυτέλεια, οὐδὲ χρωμάτων πολυτέλη ἀνάθη διάφορα, οὐδὲ ἄλλο τοιούτων οὐδὲν τῶν φθορίων ἐκείνων κοσμεῖ τὰς ψυχὰς, ἀλλ' ἀντὶ τούτων νηστεία, παννυχίδες ἰεραὶ, πραότης, ἐπιεικεία, πενία, ἀνδρεία, ταπεινοφροσύνη, καρτερία, πάντων ἀπλῶς τῶν ἐν τῷ παρόντι βίῳ πραγμάτων ὑπεροφία. Καὶ γὰρ ὀφθαλμοῦ αὐτῆ οὕτω μὲν καλὸς καὶ εὐπρεπῆς, ὡς ἀντὶ ἀνθρώπων τὰς ἀσωμάτους δυνάμεις καὶ τὸν τούτων δεσπότην ἔχειν ἐραστήν· οὕτω δὲ καθαρὸς καὶ θεοειδής, ὡς ἀντὶ τῶν σωματικῶν τὰ ἀσώματα κάλλη δύνασθαι καθορᾶν· οὕτω δὲ ἡμερὸς καὶ γαλήνης, ὡς μὴδὲ πρὸς τοὺς ἀδικούντας καὶ συνεχῶς λυπούντας ἀγριαιεῖν καὶ δεισιόστασθαι, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἡδὴ καὶ μελίχων ἢ ὄραν. Κοσμιότης δὲ αὐτῆ τοσαύτη περιετῆται, ὡς καὶ τοὺς ἀκολάστους αἰσχύνουσαι καὶ ἐρυθρίαν καὶ τῆς οὐκείας ἐνδιδοῖαν μανίας, ὅταν παρὰ αὐτὴν ἴθυσιν ἀκριβῶς. Ὑπερ καὶ γυναικὶ κοσμίᾳ τὴν διακονομένην θεράπειαν καὶ αὐτὴν εἶναι [321] τοιαύτην ἀνάγκη, καὶ μὴ βούληται· οὕτω καὶ τὴν ἄσκα τῆς οὕτω φιλοσοφούσης ψυχῆς πρὸς τὰ ἐκείνης κινήματα καὶ τὰς οὐκείας ἀνάγκη βουλιμῆζειν ὄρατος. Καὶ γὰρ ὀφθαλμοῦς, καὶ γλώττα, καὶ στήμα, καὶ βάσεις, καὶ πάλαι ἀπλῶς πρὸς τὴν ἔνδον εὐταξίαν χαρακτηρίζεται· καὶ καθάπερ μύρον βαρύτιμον, καὶ εἰς ἄγαν ἀποκλιθεῖται, τὸν ἀέρα τῆς οὐκείας ἀναρχαῖον εὐωδίας, οὗ τοὺς ἔνδον καὶ πλησίον ἐστῶτας μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξω πάντας ἐμπέλαται τῆς ἁθῆνης· οὕτω καὶ ἢ τῆς παρθενικῆς ψυχῆς· εὐωδία ταῖς ἀσθήσεσι περιβρέουσα ἐνδοκύνεται τὴν ἔνδον ἀποκαμίαν ἀρετῆν, καὶ τὰς χρυσοῦς τῆς εὐκοσμίας ἐπιβάλλουσα πᾶσιν ἡλίαν ἐν πολλῇ τῶν ἱστων ἕκαστον εὐρυθμῆς διατηρεῖ, καὶ οὕτε τὴν γλῶτταν ἀφίηται ἀπῆχτι· καὶ καὶ ἀνάρμοστον φθέγγεσθαι, οὕτε τὸν ὀφθαλμὸν μόνον ἀνασχίζοντες καὶ ὑπόπτως ἐνδεῖν, οὕτε τὴν ἀκοὴν ἐξέσταν· τὴν τῶν οὐ προσήκοντων μελῶν. Καὶ ποῦδὲν δὲ αὐτῆ μέλει, ὥστε μὴ ἔτακτα βαδίζειν καὶ διατεθρομένη, ἀλλ' ἄπλαστον τινα καὶ ἀνεπιθέτουτον ἔχειν τὴν βάσιον· καὶ τὸν πρὸ τῶν ἱματιῶν δὲ καλλιπυρῶν περικόλλουσα καὶ τῷ προσώπῳ παραινεί συνεχῶς μὴ διαγεῖσθαι τῷ γέλωτι, ἀλλὰ μὴδὲ ἡμέρα μειδιᾶν, ἀλλ' ἐπισκύνον ἀδέσμοτον ἀεὶ καὶ αὐτοῖσιν ἐπιδεικνύουσαι, καὶ πρὸς δάκρυα παρεσκευάσθαι διαπαντὸς, πρὸς γέλωτα δὲ μηδέποτε.

ΞΔ'. Ὅταν δὲ δακρῶν ἀκούσης, μὴδὲν ὑποπτύσης σκυθρωπὸν τοιαύτην γὰρ ἔχει τὰ δάκρυα ἐκείνη τὴν ἥβον, ὅσην οὐσαὶ τὸ γέλωτος τοῦ κόσμου τοῦτο. Εἰ δὲ ἀπιστεῖς, ἀκούσου τοῖς ἁουκῆ λέγοντος, οὗτὶ μαστιγῆθentes εἰ ἀπόστολοι ἀνεγύρωνται ἀπὸ προσώπου τοῦ συνεδρίου χαίροντες· καίτοι γε οὐ τοιαύτη τῶν μαστιγῶν ἢ φύσις· οὐ γὰρ ἥβων καὶ χαρᾶν, ἀλλ' ὄδον καὶ πόνον ἐργάζεσθαι εἶναι ἐλθεῖν. Ἄλλ' ἢ μὲν τῶν μαστιγῶν φύσις οὐ τοιαύτη, ἢ δὲ εἰς Χριστὸν πίστις τοιαύτη, εἰς καὶ τῆς φύσεως αὐτῆς τῶν πραγμάτων κρατεῖν. Εἰ δὲ μάστιγες ἥβων ἔτεκον διὰ τὸν Χριστόν, εἰ θαυμαστὸν ἢ εἰ καὶ τὰ δάκρυα τὸ αὐτὸ ἐργάζεται διὰ τὸν αὐτόν; Διὰ τοῦτο γὰρ στενήν καὶ τελλιμμένην ἐκάλεισεν ὀδόν, ταύτην πάλιν καλεῖ καὶ τυγῶν χρηστὴν καὶ φορητὸν ἐλαφρόν. Τῇ μὲν γὰρ φύσει τὸ πρῆγμα τοιούτων ἐστὶ, τῇ δὲ τὸν κατορθούτων προαίρεσι καὶ ταῖς ἐλίπαις ταῖς χρυσταῖς σφόδρα γίνεται κοῦφον. Διὸ τῆς εὐρυχωρῶ καὶ πλατείας τὴν στενήν καὶ τελλιμμένην μετὰ πλείονος ἂν τις ἴσῃ προθυμίας ὀδούστας τοὺς ἐλομένους αὐτήν, οὐ διὰ τὸ μὴ θλίβεσθαι, ἀλλὰ διὰ τὸ τὴν θλίψιν ἀνωτέρας εἶναι, καὶ μὴδὲ πάσχειν ὑπ' αὐτῶν, ὅταν καὶ τοὺς ἄλλους ἐκός. Ἔχει μὲν γὰρ θλίψις καὶ οὗτος ὁ βίος, ἀλλ' ἔστω αὐτὰς πρὸς τὰ τοῦ γάμου παραβάλλωμεν, οὐδὲ θλίψις χρῆ καλεῖν.

\* Reg. ὑπεροχῆν ἢ ὄξαν ἢ τῶν. Infra Reg. τούτων ἀπολούουσι, ἀλλ' ἀπολούουσαι. Mox idem πενίας οὐκ ἢ ταλαίπωροι καὶ πόνοις.

\* Reg. πρότερον λόγους. Paulo post Reg. Παῦλον ἀπορήσασθαι.

\* Reg. περικεκμηταί.

\* Reg. εἰ τὸ θελοῦς ἐκ τοῦ χροσοφορεῖ; εἶδεν.

\* Reg. ἀποτερομένης.

\* Sic optime Navil., περιετὸς ἀ κόσμος referens. Monif. περὶ οὐσία. Emr.

\* Reg. μελίχων.

\* Reg. εἰ θαυμάσει.

multo majori nuptam. Non parum autem minorum præstantiæ voluptatem, majorum præcellentia minuit. Verum ingens auri, vestium, mensæ, aliarumque rerum copiæ luxus, animum inescabit et alliciet? Et quot mulieres his potiuntur? quandoquidem major hominum pars in inopia, ærumnis ac laboribus degit. Quod si aliquæ his potiuntur, admodum sunt paucæ, et quas facile sit numerare, eæque ipsæ præter Dei sententiam faciunt; nulli enim fas est in his deliciari, quod et superius ostendimus.

**LXI. Aurum gerere metus quam voluptatis plus habere.**— Sed age disputandi iterum causa et has delicias concessas ponamus, neque aut prophetam aut Paulum luxuriosas mulieres odisse: quorsum auri vim? Nempe nihil nisi invidia est, cura et metus haud vulgaris. Nam et eo in capsulam coniecto ac nocte ingruente curis anguntur, et eo induta atque interdū æque, imo etiam magis, sollicitantur. Elicum et in balneis et in templis præsto sunt feminæ quæ id compilent: ac citra eas quoque aurigeræ a turba pressæ et impulsæ nec sentiunt quidem auri sibi aliquid elapsum. Itaque multæ non hæc solum, sed multo etiam pretiosiora monilia, et rarissimas gemmis adornata, revulsa ac delapsa perdidierunt.

**LXII. Aurea ornamenta et formæ nocere, et augere deformitatem.**— Age vero neque hic terror sit, sed hæc etiam cura exempta sit: qui refert? Viditquispiam, inquit, ac miratus est. At non ornatum, sed ornamenta, illam autem sæpe vel ob ea criminatus est, quasi præter dignitatem his ornatum. Nam si formosa sit, naturæ pulchritudinem perdit: siquidem ingens ille mundus eam nudam apparere non permittit, magnam ejus partem auferens: sin tetra ac deformis, vel eo turpiorem se exhibet. Deformitas enim ubique sola apparens, quantumcumque est, apparet tantum: quod si gemmarum splendor, aut alterius cujusquam materiæ pulchritudo admoveatur, fœditatis plus etiam contrahit. Nam et corpora atorem multo atriorem imminens margaritæ lumen, et tamquam in tenebris micans, representat, et oris pravitatem vestium diversi colores longe tetriciorem demonstrant, qui vultus formam a spectatoribus seorsim censi non sinant, sed cum illo arte quesito eximioque decore collatam: unde fit, ut magis superari videatur. Aurum enim passim vestibus inspersum, atque varii operis diversitas omnisque reliquus ornatus est quasi quidam pugil bono habitu ac robustus, qui scabrum quemdam et turpem ac strigosum adversarium repulerit: ad eundem modum ornatus ille, vultus splendore erepto atque detracto, omnium in se oculis conversis, illam magis ridiculum, se iu primis suspiciendum præbet.

**LXIII. Quis virginittatis mundus et quæ pulchritudo.**— At non ejusmodi est virginittatis ornatus, neque indutum defraudat: qui nec corporalis sit, sed animi totus. Itaque seu deformis sit, protinus deformitatem mutat, adhibito incomparabili ornato: seu venusta et nitida, illustriorem reddit. Siquidem non gemmæ et aurum, non vestium lnxus, non colorum flores varii atque sumptuosi, non alia id genus res caduca, animos ornat,

sed eorum loco jejunia, sancta pervigilia, comitas, modestia, paupertas, fortitudo, humilitas, tolerantia, omnium plauæ vitæ hujus rerum despectus. Nam et oculus ei tam pulcher atque lepidus est, ut pro hominibus incorporeas Virtutes, earumque Dominum habeat amatorem: tam purgatus ac perspicax, ut pro corporea incorpoream pulchritudinem videre possit: tam suavis ac serenus, ut nec adversum assidue læcescentes ac molestos efferetur et insurgat, sed eos etiam blande atque comiter inspectet. Jam vero ea est modestia, ut vel in pudici quique, si iu eam accurate intueantur, pudefiant et erubescant ac furorem suum remittant. Ac velut ancilla honestæ matrifamilias serviens, ipsa quoque velit nolii ejusmodi sit oportet: ita et corpus animæ tam philosophæ ad ejus nutum omnes motus suos dirigat oportet. Nam et oculus, et lingua, et habitus, et ingressus, et omnino omnia ad internam disciplinam conformantur, quasi que unguentum pretiosum, quantumvis in vas inclusum, aere fragrantia sua tamquam delibuto, non intraneos solum et proximos, sed extraneos etiam omnes voluptate replet: ita et virginis animæ fragrantia sensus circumflectens intus positam virtutem ostendit, et aureis modestiæ frenis omnibus injectis equos singulos in summa concinnitate tuetur: neque aut linguam sinit absontum aliquid et incompositum effari, aut oculum vel impudentem ac suspicioso spectare, aut aures indecens aliquid carmen admittere. Quin et pedum ei cura est, ne dissolutus atque mollis, sed simplex et inæfectatus sit inaccessus; omni que vestium ornatu abjecto vultum quoque assidue monet, ne risu diffluat: imo ut nec leviter rideat, sed grave semper et austerum supercilium repræseptet, ad lacrymas perpetuo parata, ad risum nunquam.

**LXIV. Quæ propter Christum patimur, ea licet tristia sint voluptatem habere.**— Atque hic cum lacrymas audis, nihil tetricum finge: habent enim eæ lacrymæ tantam voluptatem, quantum nec hujus mundi risus. Sin diffidus, audi dicentem Lucam, verberatos apostolos lætos ex concilio discessisse (Act. 5. 40). At non ea est verberum natura: non enim voluptatem ac lætitiæ, sed dolores laboremque afferre solent. Sane non ea est verberum natura, sed Christiana fides ea est, ut ipsi etiam rerum naturæ imperet. Quod si verbera voluptatem pariebant propter Christum, quid mirum si et lacrymæ idem præsentent propter eundem? Itaque quam angustam et ærumnosam viam dixit, eam rursum et jugum suave et onus leve appellat: nam rei quidem hæc natura est, sed studio atque spe eorum qui perfungantur admodum sit levis (Math. 7. 13. et 11. 30). Quare alacriores etiam videas, qui arctam et ærumnosam viam sint amplexi, quæm qui latam atque spatiosam, iter facere: non quod non afflicterent, sed quod afflictationibus sublimiores nihil ab his ejusmodi patientur, quæ solent alii pati. Habet enim æque et hæc vita afflictationes, sed quæ si cum illis matrimonii conferantur, ne afflictationes quidem sicut dicende.

**LXV. Labores virginittatis minores doloribus partus**

*qui conjugium conitantur.* — Quid enim, quæso, tale per omnem vitam virgo sustinet, quale pene in annos conjux doloribus partus ac lamentis cruciata? Nam tanta est ejus cruciatus vebementia, ut sacræ literæ, cum exilium, famem, pestem, et intolerabilia mala designare volent, ea omnia dolores partus nominant. Deus quoque id supplicii ac maledictionis vice molieri irrogavit, non parere, inquam, sed sic parere, cum ærumnis et doloribus: *Cum dolore enim, inquit, paries filios* (Gen. 3. 16). At virgo iis diris ac dolore excelsior est: nam qui legis diras antiquavit, et has una etiam sustulit.

LXVI. *Jucundius esse pedibus ire quam mulis circumvehî.* — Sed mulis in foro circumvehî jucundum est. Imo id inanis tantum fastus est voluptate omni carens: atque ut nec tenebræ quam lux, nec conclusum quam solum esse, nec multis quam nullo egere, melius est: sic huic quoque suis pedibus non utenti nibilo melius est. Omitto enim molestias quas hinc suscinere est necesse. Nam nec cum vult, ei domo prodire licet, sed plerumque cum ut inde exeat magna aliqua utilitas efflagit, domi manere cogitur, velut, mendicii qui pedibus mutili non habent quæ vehantur. Quod si vir mulos alii usui mandaverit, simulas, contentio, pertinax silentium: sin ipsa futuri ignara idem fecerit, omissio viro, in se iram vertit, assidue ea se injuria consumens. Et quanto satius erat pedibus utentem (nam ea causa nobis eos Deus fabricatus est) nihil horum malorum subire, quam mollitiæ hæc, in tantam miseræ ac mœroris necessitatem se inducere? Neque enim hæc solæ causæ eas domi continent; sed seu uterque, seu alter forte mulus pedibus dolet, idem contingit: et cum in pascua dimittuntur (fit autem id quotannis, atque in multis dies), rursum tantam vincatæ domi manendum est, et nec negotio quidem necessario vocante ædibus prodeundum. Quod si quis dicat, eam a salutantium turba expeditam esse, non coactam notorum oculis patere ac pudesceri, is valde ignorare mihi videtur, quæ muliebri naturæ pudorem et adimant et afferant: siquidem non conspicit aut latere id efficit, sed illud petulantia intus animum possidens, hoc modestia atque verecundia. Itaque multæ ea custodia solutæ, ac per mediam turbam in foro gradientes, non solum in se accusatores non conceitarunt, sed multos etiam modestia admiratores habuerunt: quæ et habitu et ingressu et vestium neglectu luculentum tanquam radium internæ probitatis emitterent: nec pauca intus desidentes sinistram sibi opinionem contraxerunt. Potest enim quæ conclusa sit, etiam magis quam quæ prædeant, volentibus egregie petulantem se et inpudentem exhibere.

LXVII. *Molestum esse multas famulas habere.* — Sed forsitan ancillarum grex jucundus est. Hæc quidem voluptate nihil pejus, tantum habet curarum: nam et ægritudine ejusque et morte turbati atque angî est necesse. Ac sunt hæc forte tolerabilia, necnon quæ his etiam graviora sunt, quotidie curis distendi, segnitiam castigando, nequitiam tollendo, rixas actando,

et omnemque reliquam vitiositatem corrigendo: at illud certe omnium gravissimum est, quod quidem vel maxime in ejusmodi famulium copia evenire solet, si in eo grege aliqua venusta sit: id enim omnino in ea multitudine accidere necesse est, divitibus non multas solum, sed etiam æque formosas studiosè parantibus. Itaque si inter eas ulla præstans sit, seu amore sui herum capiat, seu nihil ulterius possit, quam ut admirationi sit, hæra æque dolebit, quod ab ea superetur, si non amore, at corporis venustate atque admiratione. Quare si in iis quæ apud eos illustria ac præclara habeantur, tantum inest ærumnarum, quid de acerbis dicendum?

LXVIII. *De tranquillitate quæ virginitati inest.* — At non virgo horum quidquam patitur, quin et domuncula turbis libera est, et clamor omnis profugatus: quasque in tranquillo quodam portu omnia intus silentium possidet, et vel silentio major animus serenitas, quippe nihil humanum tractantem, sed assidue cum Deo colloquentem, atque in eum fixe contuentem. Et quis eam voluptatem metiatur? quæ oratio mentis sic affectæ lætitiæ representet? Equidem nulla, sed ii soli qui in Deo delicias ponant earum magnitudinem sciunt, et quanto omnem comparationem vincant agnoscent. At ingens argenti vis undique conspicua valde oculos oblectat, et quanto præclarior est in cælum suspicere, atque inde majorem longe voluptatem capere? Nam quanto aurum stanne et plumbæ, tanto cælum auro, argento atque omni materia illustrius ac splendidius est: quin contemplatio hæc curis vacua est, illa admodum sollicita, quod quidem vel maxime concupiscentiam colibet. At non vis in cælum spectare? licet depositum in foro argentum cernere. *Ad verecundiam vestram dico* (1. Cor. 6. 5), ut cum beato Paulo loquar: quoniam pecuniarum amore tam estis stupidi. Atque hic quid dicam nescio. Valde enim me scrupulus quidam suspendit, nec video, cur omne pene hominum genus, cum facile ac jucunde oblectari liceat, id nec in voluptate quidem ponant; in sollicitudine, distractione atque curis potissimum gaudeant. Nam cur non eos æque depositum in foro argentum ac domesticum oblectat, quod quidem et probatius sit, et animum angore omni liberum dimittat? Quoniam, inquit, illud meum non est, hoc meum est. Avaritia igitur jucunda est, non argenti natura: quod si esset, inde etiam æque oblectari oportebat. Sin dicas, usus gratia, multo præstat vitrum: atque id divites ipsi confirmant, qui ex ea materia pocula ut plurimum parant. Quod si fastu quodam etiam ex argento fabricari cogantur, prius vitro interius constituto ita argento exterius obducunt, ostendentes illud ad potum suavius et commodius esse, hoc ad fastum solum et inani ostentationem. Quid est autem hoc, Meum et non meum? Nam equidem cum verba hæc accuratius expondo, voces tantum esse mihi videntur. Multi enim illud dominium suum refugiens nec vivi retinere potuerunt; et quibus ad finem usque permansit, à volentes nolentes mortis tempore ejus potestate exciderunt. Nec solum in ar-



λουτρῶν, καὶ ἐπὶ τῶν παραδείσων, καὶ ἐν ταῖς οἰκίαις τὸ ἔμδον καὶ οὐκ ἔμδον, τοῦτο ῥῆμα ἂν τις ἴδοι· μόνον φίλον. Ἡ μὲν γὰρ χρῆσις κοινὴ πάντων ἐστίν, πλεονεκτηοὶ δὲ ὁ δοκούντες αὐτῶν εἶναι κύριοι τῶν οὐκ ἔχοντων τὴν ὑπὲρ αὐτῶν φροντίδα. Οἱ μὲν γὰρ ἀπολαύουσι μόνον αὐτῶν, οἱ δὲ μετὰ τοῦ ποιεῖσθαι πολλὴν τὴν ἐπιμέλειαν τὸ αὐτὸ τοῦτο καρποῦνται, ὃ μετὰ τῆς ἀμελείας ἔχειναι.

**ΕΘ'.** Εἰ δὲ τις τὴν πολλὴν θαυμάζει τρυφήν, ὅτι τῶν κατακοπτομένων πλήθος κρεῖων, τὴν περιττὴν τοῦ οἴνου διαπάνην, τῶν καρυκευμάτων τὴν περιεργίαν, τραπεζοποιῶν καὶ σιτοποιῶν τέχναις<sup>α</sup>, παραστίων καὶ δαιτυμόνων ὄχλον, εὖ ἴστω οὗτοι τῶν μαγείρων αὐτῶν οὐδὲν ἄξιον ἐπιδοῦναι· τοιοῦτοι οὐκ ἀπολαύουσιν δικαιοσύνης. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος τοὺς δεσπότας, οὕτω τοὺς κεκλημένους αὐτοῦ δεδοίκασι, μὴ τινας ἐπιλαμβάνοντας τὴν μετὰ πολλοῦ πόνου καὶ διαπάνης παρασκευασθέντων αὐτοῦ. Καὶ τοῦτοι μὲν ἐξισοῦνται τοῖς μαγείροις β', καθ' ἕτερον δὲ καὶ πλεονεκτοῦνται αὐτῶν· οὐ γὰρ μόνον κατηγοροῦσι ἐκεῖνοι, ἀλλὰ καὶ βασκάνουσι δεδοίκασι. Πολλοὶς γὰρ πολλακιᾶ ἀπὸ τῶν τοιούτων συμποσίων ἐτέθηβ' φθόνος, καὶ οὐ πρότερον ἔσθη, ἕως κενδύνουσι ἐπήγαγε τοὺς ἐσχάτους. Ἄλλα στείθειαι πολλὰ πολλακίαις ῥῆθ'. Ἄπαγε· ὅταν καρθηραῖαι, καὶ γαστροὶ διατάσιαι, καὶ πνεύματος ἔμφραξις, καὶ σκοτοδενίαί, καὶ λιγυγαί, καὶ ἀγλῦαι, καὶ τὰ ἐπὶ τούτων ἀποπύματα ἀπὸ τῆς τρυφῆς ταύτης ἀναδιαστέην θεινά. Καὶ εἴθε μέχρι τῶν παρ' ἡμέραν λυπηρῶν τὰ τῆς ἀσχημοσύνης ἐκείνης καὶ τὰ τῆς ζημίας Ἰστατο μόνον· νυνὶ δὲ αἱ μάλιστα τῶν νόσων δυνάσται ἀπὸ τῶν τοιούτων τραπεζῶν ἔχουσι τὴν ἀρχήν. Καὶ γὰρ ποδαγαίαι, καὶ φθόγ, καὶ νόσος, καὶ παράλυσις, καὶ πολλὰ ἐπὶ τούτων χαλεπώτερα ἀπολαθόντα τὸ σῶμα πολιορκεῖ εἰς ἐσχάτας ἀναπνοάς. Ἦνα οὖν ἂν τις ἕως τούτων ἀντιβῆσθαι τῶν κακῶν ἠδῶν ἰστένῃ· πολεῖν δὲ οὐκ ἂν τις ἔλατο σκληραγωγίαν ὑπὲρ τῆς τούτων ἀπαλλαγῆς.

**Υ'.** Ἄλλ' οὐχ ἡ εὐτέλεια τοιαυτή, ἀλλὰ πόρρω τούτων ἀφ' ἑσθικῆ τῶν δυσχερῶν, ὑγιείας καὶ εὐετίας οὕσα ποιητικῆ. Εἰ δὲ καὶ ἠδῶν τις ἐπιζήτησι, καὶ ταύτην παρ' αὐτῆς μείζονα οὕσαν εὐρήσει τῆς τρυφῆς· καὶ πρῶτον μὲν ἀπὸ τοῦ ἔρρηθῆναι καὶ μηδὲν τῶν κακῶν ἐνοχλοῦσθαι ἐκεῖνων, ὧν ἕκαστον καὶ καθ' ἑαυτοῦ πᾶσαν ἰκκινὸν σβῆσαι καὶ ἀνατρέψαι ἐκ βάρβρων ἠδῶν· δεύτερον δὲ καὶ ἀπὸ τῶν στείλων αὐτῶν. Πῶς· Ὅτι ἠδῶνσι ποιητικῶν ἐπιθυμία· ἐπιθυμίαν δὲ οὐχ ὁ κέρως, οὐδὲ ἡ πλῆσμονη, ἀλλ' ἡ εὐδαι καὶ ἡ σπᾶνις ποιεῖ. Ἀστὴ δὲ οὐκ ἐν ἐκείνοις τοῖς συμποσίοις τοῖς τῶν πλουτουμένων, ἀλλ' ἐν τοῖς τῶν πενιμῶν ἀπὸ πάρεστι, πανθὸς τραπεζοποιοῦ καὶ μαγείρου μῆλλον ἐπιστάζουσα πολὺ τοῖς προκειμένοις τὸ μέλι. Οἱ μὲν γὰρ πλουτοῦντες ὅτε πενιμῶν ἐσθίσουσι, καὶ χωρὶς τοῦ διψεῖν πίνοι, καὶ πρὶν σφοδρῶς αὐτοῖς ἐπιθεῖν [325] τὴν ἀνάγκην τοῦ ὕπνου καθυδούσιν· οὗτοι δὲ ἐν χρῆσιν τούτων καθιστάμενοι πρότερον οὕτως αὐτῶν μετέλθουσιν· ὁ μάλιστα πάντων ἀφεῖται τὰ τῆς ἠδῶν. Διὰ τὴν γὰρ, ἐπεὶ μοι, καὶ ὁ Σολομὼν τὸν ὕπνον τοῦ δούλου φησὶν εἶναι ἠδῶν, οὕτω αἱ λέγων, Ἡδὸς ἔπνον τῷ δούλῳ, ἄν τε καὶ, ἄν τε ἄλλῳ φάση· Ἄρα διὰ τὴν στρωμνὴν τὴν ἀπαλήν· Καὶ μὴν εἰ ἔδαφος ἢ ἐπὶ σιβάδος ὁ πλείους καθυδούσιν. Ἄλλα διὰ τὴν ἄδειαν· Ἄλλ' οὐδὲ μικρὰς καιροῦ βόθησι εἶσι κύριοι. Ἄλλα διὰ τὴν βρῶστίην· Ἄλλ' οὐ διαλειμμάουσι μόχθοις κοπτόμενοι

<sup>α</sup> Reg. σιτοποιῶν καὶ μαγείρων τέχναις.

<sup>β</sup> Reg. τοῖς οἰκίαις, Morel. et Savil. τοῖς μαγείροις.

καὶ ταλαιπωρίας. Τί ποτ' οὖν ἐστὶ τὸ ποιοῦν τὸν ὕπνον ἠδῶν, ἢ τὸ πρότερον εἰς χρεῖαν· καταστάντας οὕτως αὐτοῦ μεταλαμβάνειν· Τοῖς δὲ πλουτουμένοις ἂν μὴ μῆθη βαπτίζουσι ἢ νύξ καταλάβη, ἀνάγκη διαπαντὸς ἀγρυπνεῖν καὶ ἐπιστρέφουσαι καὶ ἀλύειν ἐπὶ τῶν μαλακῶν κειμένων στρωμάτων.

**ΟΑ'.** Ἐνὴν καὶ ἐτέρωθεν δείξει τῆς τρυφῆς τὴν ἀπῆλιν καὶ τὴν ζημίαν καὶ τὴν ἀσχημοσύνην, τὰς νόσους καταλέγοντα ὅσας ἐναπομόργουται τῇ ψυχῇ πολλῷ πλείους καὶ χαλεπωτέρας οὕσας τῶν σωματικῶν. Καὶ γὰρ μαλακοῦσι, καὶ ἀνάνδρους, καὶ θρασείας, καὶ ἀλαζόνας, καὶ ἀσελγείας, καὶ ὀβρισιτάς, καὶ ἀκολάστους, καὶ ἀκροχόλους, καὶ ὀμῶσι, καὶ ἀγενεῖς, καὶ πλεονεκτας, καὶ δουλοπρεπεῖς, καὶ πρὸς ἅπαν εἰπεῖν τῶν χρησίμων καὶ ἀναγκαίων ἀχρήστους καθίστησιν ὧν τάναντία πάντα ἢ αὐτάρκεια ποιεῖ. Ἄλλὰ νῦν πρὸς ἕτερον ἡμῶν ὁ λόγος ἐπιφέτα· διὸ μόνον ἐκεῖνο προσθέντες τῶν ἀποστολικῶν πάλιν ἀφώμεθα βημάτων. Εἰ γὰρ τὰ δοκούντα εἶναι ζηλωτὰ τοσοῦτον γέμει κακῶν, καὶ τοσοῦτον τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σῶματι τὸν νικετὸν ἐπάγει τῶν νοσημάτων, ποῦ τὰ λυπηρὰ θησομέν· ὅσον ἀρχόντων φόβος, δῆμων ὄρμας, συκοφαντῶν καὶ βασκάνων ἐπιβουλᾶς· ὃ μάλιστα τοὺς πλουτουμένους περιστοχίζεται· ἐν οἷς καὶ τὰς γυναῖκας μείζονος τῶν κακῶν ἀνάγκη κοινωνεῖν διὰ τὸ μὴ γενναίως τὰς τοιαύτας φέρειν μεταβολὰς.

**ΟΒ'.** Καὶ τί λέγω γυναῖκας· καὶ γὰρ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς ταιλαπόρος ὅπὸ τῶν τοιούτων ἀλλίσκονται. Ὁ μὲν γὰρ ἐν αὐταρκείᾳ ζῶν οὐδεμίαν μετάπτωσιν δέδοκεν· ὁ δὲ ἐν ἐκείνῳ τῷ ὄργῳ καὶ διακαχυμένῳ βίβη διαπανθῆς, εἴποτε συμβαίη κατὰ περιστάσιν τινα καὶ ἀνάγκην παραδοθῆναι πεινᾶ, τεθήσεται πρότερον τῆς ταύτης ὁμοῦ τὴν μεταβολὴν, διὰ τὸ ἀμελέτητον καὶ ἀγύμναστον. Διὰ ταῦτα ὁ μακάριος Παῦλος ἔλεγεν· *Θλιβῶν τῇ σαρκὶ δέξουσιν οἱ τοιοῦτοι· ἐγὼ δὲ ὄμῳ φοιτῶμαι*. Εἶτα μετὰ τοῦτο φησιν· *Ὁ καιρὸς συνεσταλμένος τὸ λοιπὸν ἐστίν*.

**ΟΓ'.** Καὶ τί τοῦτο πρὸς τὸν γάμον· ἴσως ἂν ἐπὶ τῆς ταί. Καὶ σφῆρα μὲν οὖν πρὸς αὐτὸν. Εἰ γὰρ ἐν τῷ παρόντι βίβη συγκλίκεται, ἐν δὲ τῷ μέλλοντι οὐτε γαμοῦσιν οὐτε γαμίζονται, ὁ δὲ παρὼν καιρὸς πρὸς τὸ τέλος ἐπιφέτα, καὶ ἐπὶ θύραις τὰ τῆς ἀναστάσεως ἔσθηκε, οὐ γάμων καιρὸς οὐδὲ κτημάτων, ἀλλ' ἐνείκεας καὶ τῆς ἀλλης φιλοσοφίας ἀπάσης τῆς ἐκεῖ χρησιμευούσης ἦμῖν. Ὅπερ γὰρ ἡ παρθένος ἕως μὲν ἀνοικῆ μὲνη μετὰ τῆς μητρὸς, πολλὴν τῶν παιδικῶν ἀπάντων ποιεῖται φροντίδα, καὶ κιδῶνον ἐν τῷ ταμείῳ καταθεμένη τῶν ἀποκειμένων ἐκεῖ, καὶ τὴν κλεινὴν αὐτῆ κέντηται, καὶ τὴν ἐξουσίαν ἅπασαν ἔχει, καὶ τοσαύτην ὕπὲρ τῶν μικρῶν ἐκείνων καὶ φαύλων [326] φουλακῆς ἀναδέχεται μεριμνᾶν, ὅσην οἱ τὰς μεγάλας ἐπιτροπεύοντες· ἐπειδὴ δὲ μνηστεύεσθαι οἶκιν καὶ οὗ τοῦ γάμου καιρὸς ἀναγκάζη τὴν πατρῶν οὐκίαν ἀφείναι, τότε τῆς εὐτέλειας ἐκείνης ἀπαλλαγείσα καὶ τῆς ταπεινότητος, οἰκίας ἀποστασάσα, καὶ κτημάτων καὶ ἀνδραποδῶν πλήθος, καὶ ἀνδρὸς θεωραταίαν, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τούτων μείζονα μεριμνᾶν ἀναγκάσεται· ὅτωι καὶ ἡμᾶς χρῆ, ἐπειδὴ πρὸς τὸν τέλος ἀγόμεθα βίον καὶ τὴν ἀνδρεία προσήκοντα, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς πάντα ἀφέντας τὰ ὅπως παιδικὰ ἀθύρματα, φαντάζεσθαι τὸν οὐρανὸν καὶ τῆς ἐκεῖ διατριβῆς τὴν λαμπρότητα καὶ τὴν δόξαν ἅπασαν. Ἡρωσθήμη γὰρ καὶ ἡμεῖς νυμφίον οὕτως ζητοῦνται παρ' ἡμῶν ἀγαπᾶσθαι, ὥς μοι τῶν ἐν τῇ γῇ μόνον, μηδὲ τῶν μικρῶν τούτων καὶ ἐστελών, ἀλλὰ καὶ τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἀφίστασθαι δι' αὐτὴν, ὅταν ἐσθῇ. Ἐπεὶ οὖν ἐκεῖ λοιπὸν ἀπέναντι χρῆ, ἀπαλλάξωμεν ἑαυτοὺς τῆς φροντίδος τῆς ἐτελεύτου. Οὐδὲ γὰρ εἰς βασιλείαν μεθίστασθαι μέλλοντες ἀπὸ πεινῆρας

<sup>ε</sup> Reg. ἠδῶν· οἱ πόνοι, καὶ τὸ πρότερον εἰς χρεῖαν.



gento et auro, sed in balneis quoque, hortis, arboribus, Meum et non meum, verba solum mera deprehendas. Nam usus omnibus communis est: tantum qui domini videantur, hoc plus habent quam qui non sint, eorum inquam curam. Hi enim fruuntur tantum; illi adhibito grandi studio tantumdem consequuntur, quantum hi citra studium.

**LXXI. Sumptuosas mensas magnas insuavitatis plena esse.** — Quod si quis summas delicias miretur, puta concisarum carnum multitudinem, inutilem vini sumptum, exquisita condimenta, structorum seu mensariorum et pistorum<sup>1</sup> artificia, parasitorum et convivarum turbam, sciat, divites in his nihilo meliori esse loco quam coquos. Nam ut hi dominos, sic illi hospites ventur, ne quid eorum quæ operose et sumptuose iis apparta sint, reprehendant et carpant. Atque hac in parte coquis<sup>2</sup> exæquantur: in alia etiam superant. Neque enim solum accusatores, sed æmulos etiam timent: siquidem multis sæpe ex ejusmodi convivii invidia creata est, nec ante destitit, quam eos in capiti periculum adduxit. At helluari sæpe suave est. Apagesis: quando ex hoc luxu et gravedo, et ventris obesitas, et spiritus obstructio, et oculorum obscuritas, et vertigo, et caligo, aliaque his etiam fœdiora mala pullulant. Atque utinam ea immoderatio ac jactura quotidianis tantum doloribus circumscripta sit: nunc morbi fere incurabiles ex his mensis originem trahunt; nam et podagra, et tabes, et sacer morbus, et paralysis, multaque his etiam graviora corpus aggressa ad extremum spiritum infestant. Quibus malis quæ par explicari voluptas possit? quæ non vitæ durities ad eorum effugium ineunda sit?

**LXXII. Sobrietatem deliciarum et utiliore et suaviorum esse.** — At ejusmodi non est frugalitas, sed ab his infautis procul remota, sanitatis atque valetudinis causa. Quod si quis voluptatem etiam requirat, in ea, quam in luxu, majorem inveniet: ac primum ex eo quod homo valeat, neque horum malorum quoquam exagitetur, quorum vel singula seorsim satis sint quæ voluptatem exstinguant, et tanquam a fundamentis evertant: deinde ex cibis ipsis. Quo pacto? Voluptatem efficit appetitus: appetitum non saturitas ac satietas, sed egestas et inopia parit. Ea autem non in divitem, sed in pauperum coenis assidue præsto est, epulis quoque structore et coquo gratius mel instillans. Siquidem divites nec esurientes cibum capiunt, nec sitientes bibunt, et antequam vehementes somni necessitas eis ingruat, consopiantur: hi eorum prius indigi, ita demum ea percipiunt: quod quidem voluptatem auget maxime. Cur enim et Salomon servi somnum dulcem confirmat his verbis: *Dulcis est sermo somni, sive multum sive parum comederit* (Eccles. 5. 11)? An propter mollem torum? At humi, aut super cespit ut plurius dormiunt. An propter libertatem? At nec temporis momentum habent liberum. An propter otium? At laboribus et ærumnis assidue afficiantur.

Quid est igitur quod somnum dulcem reddit, nisi ad necessitatem prius compulsos ita eum denique inire? Cæterum divitibus nisi ebriis nox ingruat, pervigilandum est, et in mollibus stragulis jacentes æstuidum ac dolendum.

**LXXI. Animam etiam lædi delicia.** — Poteram et aliunde deliciarum insuavitatem, incommoda, fœditatem ostendere, morbos, quibus animam imbuant, corporalibus longe et plures et graviore percensens. Etenim molles, effeminatos, audaces, arrogantes, lascivos, injurios, impudicos, iracundos, crudelis, illiberales, avaros, sordidos, ad cuncta utilia ac necessaria ineptos præstat: quibus diversa omnia frugalitas efficit. Sed jam alio mihi præerat oratio. Itaque hoc uno addito, rursum apostolica verba retractemus. Quod si quæ expetenda videantur, tot malis sunt refferta, tantas et animo et corpori morborum pruinæ accersunt, quo loco acerba sint habenda, magistratum terror, popolorum motus, sycophantarum et æmulatorum insidiæ quæ in primis divites circumstant? Quibus malis mulieres sane etiam vehementius angî esse necesse, quod eas vicissitudines impotentius ferant.

**LXXII. Delicias cum aliis malis vitæ commutationem afferre.** — Et quid mulieres dico, cum vel viri misere iis capiantur; nam qui frugaliter vivit, commutationem nullam horret; qui frigidam illam ac dissolutam vitam exigit, eum si qua incidens calamitas atque vis inopia tradat, utpote qui rudis et inexercitatus sit, ante moriatur, quam vices eas perferat. Itaque beatus Paulus ait, *Tribulationem carnis habebunt hujusmodi, ego autem vobis parco* (1. Cor. 7. 28): ac post addit, *Tempus breve est.*

**LXXIII. Non esse tempus hoc matrimonii tempus.** — Et quid hoc ad matrimonium? dicat quispiam. Valde sane ad ipsum pertinet; si enim vita hac conclusum est, et in futuro nec ducunt nec ducuntur, atque hoc præsens tempus ad finem decurrit, quasique pro foribus resurrectio est, non jam tempus est matrimonii ac pecuniarum, sed egestatis, et id genus reliquæ philosophicæ, quæ illic nobis profutura sit. Nam quemadmodum virgo quamdiu domi manet apud matrem, magnam puerilium omnium curam suscipit, et arcula in penum deposita eorum quæ illic condita sint et clavem ipsa possidet, et arbitrium omne tenet, de levium illorum et futillum custodia æque sollicita ac qui grandem familiam administrant; cum autem sponsalia adsumt, paternas ædes dimittere coæta, tum vero iis nugis et minutis liberata, domus gubernationem, opes, et mancipium numerosum, viri cultum, aliaque his majora procurare necesse est: ita et nobis adultis atque ætate virili, terrenis omnibus, vere puerilibus ludicris, omissis, de exco cælestisque vitæ splendore et gloria cogitandum est. Desponsi enim sunus et nos sponso, eum a nobis amorem flagitanti, ut non solum terrestribus et levibus his futillis, sed etiam vita propter eum, si opus sit, cedamus. Quare cum illic discendum sit, exilem hanc curam a nobis propulscemus; nam nec in regnum ex inopi domo transfe-

<sup>1</sup> Reg., et coquorum artificia.

<sup>2</sup> Sic Morel. et Savil. Reg., famulis.

rendi, de scilicet lignis, utensilibus, et reliqua domestica tenuitate laboramus. Itaque nec jam terræ curemus, tempore nos jam ad cælum vocante; ut et beatus Paulus Romanus scribens ait, *Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus: nos processit, dies autem appropinquavit* (Rom. 13. 11); et rursus, *Tempus breve est* (1. Cor. 7. 29), ut qui uxores habent perinde sint ac si non haberent. Quorum igitur matrimonium eo non usuris, sed perinde ac si non haberent futuris? quorum opes? quorum prædia? quorum vitæ præsidia, quorum usus caducus porro atque intemptivus sit? Nam si apud nos qui iudiciis sistendi sunt, scelerrimam causam dicturi, capitali die instaoti non uxoris tantum, sed etiam cibi et potus, atque omni posthabita cura, defensionem solum cogitant, multo magis nobis, non terreno cuidam foro, sed cælesti tribunali sistendis, et dictorum, gestororum, cogitatorum rationem reddituris, ab omnibus abstinendum est, et gaudium et tristitia rerum præsentium, ac circa terribilem illam diem unice metnendum. Si quis enim, inquit, *venit ad me, nec eum patrem, et matrem, et uxorem, et filios, et fratres, et sorores, inasper et animam eum odit, non potest meus esse discipulus. Et qui non portat crucem suam, et me sequitur, non potest meus esse discipulus* (Luc. 14. 26. 27). Tu vero segnis uxoris cupiditati, risui, mollietati, delicis vacas? *Dominus prope est: nihil solliciti sitis* (Philipp. 4. 5. 6). Tu de pecuniis curas ac sollicitus es? Cæleste regnum instat. Tu ædes, luxum et reliquum voluptatum dispicias? *Præterit figura hujus mundi* (1. Cor. 7. 31). Quid te de mundi rebus non pereunibus, sed caducis, perennium ac stabilium oblitus, crucias? Non jam matrimonium, non dolores partus, non voluptas et coitus, non divitiarum copia, non prædiorum studium, non cibum, non tegumenta, non agricultura ac navigatio, non artes et ædificia, non urbes, non ædes, sed alius quidam status atque vita consequetur; hæc paulo post cuncta interibunt. Id enim est, *Præterit figura hujus mundi*. Quid igitur velut in omnia sæcula hic mansuri, ita in earum rerum studio, a quibus sæpe ante vesperam desciscendum sit, summa ope nitimur? quid laboriosam vitam deligimus, Christo ad otiosam nos vocante? *Volo enim, inquit, vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, Domini res curat* (1. Cor. 7. 32).

LXXIV. *Cur cum velit nos sine sollicitudine esse, jubet esse sollicitos.* — Quomodo igitur nos sine sollicitudine esse vis, quos in aliam iterum curam conjicias? Quia hoc nec curare quidem est, quemadmodum nec afflictiari propter Christum afflictiari; non mutata quidem rerum natura, sed eorum qui ea cum voluptate patiantur studio vel rerum naturam vincente. Nam qui ea curet, quibus non longum tempus fruiurus sit, imo sæpe nec minimum, curare merito dicitur; qui vero e curis majorem fructum capturus sit, omni ratione inter eos qui sine sollicitudine sunt numerabitur. Præterea autem utriusque curæ tantum est discrimen, ut hæc cum illa comparata uo cura quidem habeatur; sdeo illa et levior est, et multis partibus faciliior. Quæ

nos omnia superius ostendimus. *Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt; qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi*. At hic abit, ille manet. Annon igitur vel hoc solum sufficiat ad virginis dignitatem commonstrandam? Quanto enim Deus mundo præstat, tanto hæc illa potius cura est. Cur ergo matrimonium permittit, quod et curis nos obstringat, et a spiritualibus abducat? Ideo enim, inquit, dixi: *Ut qui uxores habent perinde sint ac si non haberent, ut qui jam vincti sunt, aut post vincendi sunt, alio quopiam modo vinculum relaxent*. Nam quoniam haud fas est semel circumjectum rumpere, tolerabilius reddere. Siquidem licet, si velimus, supervacua omnia recidere, nec nostra ipsorum ignavia alia nobis addere iis curis, quas rei natura pariat, majora.

LXXV. *Quid sit habentem uxorem non habere.* — Quod si quis etiam clarius intelligere vult, quid sit, Uxorem habentem perinde esse ac si non haberet, is mihi non habentes atque crucifixos cogitet, quomodo degant. Quomodo igitur degunt? Non necesse habent ancillarum gregem coemere, non aurum ac monilia, non ædes magnificas et amplas, non tot ac tot terræ jugera; sed iis omnibus dimissis amicum unum atque victum procurant. Licet autem uxorem habenti ad eam se philosophiam reducere. Nam quod supra ait, *Ne defraudate alter alterum* (1. Cor. 7. 5), de coitu solo dictum est: in eo enim invicem occupati jubeat, neque alteruterum sui dominum esse sinit: in reliquo philosophiæ exercitio, vestitu, victu, atque aliis omnibus, alter alteri non est obnoxius, sed et viris fas est uxore invita delicias omnes ac circumfluentem curarum turbam amoliri; et uxori vicissim non est necesse, si nolit, comi, inanem gloriam captare, supervacua curare. Nec injuria; nam cupiditas quidem illa naturalis est; itaque ei nonnihil condouatum est, nec potest alter alterum nolentem defraudare; hæc vero deliciarum, supervacui cultus, inutilis curæ, non a natura proficiscitur, sed ex ignavia et insigni nequitia manet. Quare neque in his, ut in illis, conjuges invicem teneri cogit. Hoc igitur est, Uxorem habentes perinde esse ac si non haberent, supervacuas illas propter uxorem suam ac mollietate curas non admittere, sed tantum curarum abctarium suscipere, quantum par sit unius capitis additamento, atque ejus philosophicæ ac tenuiter vitam instituentis. Id enim se velle corollario hoc significat, *Et qui flent tamquam non flentes* (Ibid. v. 30), et qui in prædiis gaudent, ac si non gaudent: nam nec qui non gaudent, prædia curabunt; nec qui non flent, aut inopiam horrere, aut frugalitatem a versari poterunt. Hoc vero est uxorem habere nec habere, mundo uti nec abuti. *Qui cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi* (Ibid. v. 33). Itaque cum et hic et illic curetur, atque hic etiam temere et frustra, imo et moleste et misere (nam *Tribulationem* [Ibid. v. 28], inquit, *carnis habebunt hujusmodi*), illic, quod ingens bonum sit, cur non illam potius adsciscimus curam, quæ non solum tot ac tantas remunerationes habeat, sed hac natura etiam levior sit? Quid enim curat inupta? an opes, an veruas, an œconomos, an agrus,





an reliqua? an coquis, textoribus, cætero servitio instat? Minime geutum; quin nihil horum vel cogitat, sed unum id laborat, ut animam suam tantum ædificet, et templum illud sanctum (1. Cor. 3. 17) non cincinnis, aut auro, aut margaritis, non intritis, aut pigmentis, non id genus molestis et ærumnis (1. Tim. 2. 9) sed animi atque corporis sanctimonia exornet. Ad *Nupta*, inquit, *curat ut viro placeat*. (1. Cor. 7. 34). Admodum sapienter ad ipsarum rerum examen non descendit, neque ea commemoravit, quæ ut viris placeant et corpore et animo patientes, illud torquentes, oblinentes, atque aliis malis mulctantes, hunc liberalitate, adulazione, simulatione, similitate, ineptis et inutilibus curis implentes; sed uno verbo hæc omnia subindicans recogitanda auditorum conscientia reliquit; atque ita virginittatis præstantiam declarans, ad celumque eam tollens, rursus sermonem ad matrimonii permissionem confert; ubique sollicitus, ne id quisquam præceptum esse arbitraretur. Quamobrem nec superioribus cohortationibus contentus, cum dixisset, *Domini præceptum non habeo*; et, *Si nupsit virgo, non peccavit*: iterum hic ait, *Non ut laqueum vobis injiciam* (Ibid. v. 25. 28. 35).

LXXVI. *Non virginittatem, sed nostram inertiam esse laqueum*. — In quo merito hoc alicui scrupulum moveat, quo pacto qui rem supra vinculorum solutionem vocet, et ad utilitatem nostram eam consulere dicat, ne miserias habeamus, ut sine sollicitudine simus, et quod nobis parceret, atque iis omnibus ejus levitatem ac facilitatem notet, hic dicat, *Non ut laqueum vobis injiciam* (Ibid. v. 35)? Quid igitur? Non virginittatem: apage: sed vi et coactione bonum hoc amplecti, id laqueum vocat. Nam ita se res habet: quiddam compulsus et invidus suscipias, quantumvis leve sit, difficillimum redditur, et vel reste gravius mentem strangulat. Ideo ait, *Non ut laqueum vobis injiciam*. Id est, virginittatis bona omnia proposui et explicui, atque interim post hæc omnia optionem vobis permitto, non iuvitos ad virtutem traho; neque enim vos afflictere volens hæc consului, sed ne honesta assiduitas humanis rebus frangatur. Videtis autem mihi et hic Pauli prudentiam, ut deprecationibus rursus exhortationem addat, ac permittens consulat. Nam qui dicit, *Non cogo, sed hortor*; ac subjicit, *Propter honestatem et assiduitatem* (Ibid. v. 35) virginittatis admirabilitatem atque fructum, qui ex ea ad divinam vitam manat, ostendit. Neque enim potest quæ humanis curis implicatur, et huc illuc distrahitur, assidua esse, studio omni atque otio in multa distributo, in virum, ac familiæ curam, aliaque cuncta quæ matrimonium attrahere solet.

LXXVII. *Quæ de terrenis rebus sollicita sit, virginem non esse*. — Quid vero, inquit, si et virgo de multis laboret, atque humana curet? Apage: qui virginum choro eam exemeris. Siquidem ad virginem præstandam haud satis est non nupsisse, sed animi quoque castitate opus est; castitatem autem intelligo, non fœda ac flagitiosa solum libidine, ornata, curiositate vacare; sed vitæ etiam curis solutam esse ac liberam: quod

ni sit, quorsum corporis castitatem? Nam ut milite, qui abjectis armis in popinis occupetur, nihil turpius: ita nec virgine vitæ curis obstricta quidquam inhoestius. Etenim quinque illæ et lucernas habebant (Math. 25), et virginittatem exercuerant: quorum nihil eis profuit, sed clausis foribus exclusæ perierunt. Quippe ob id præstans est virginittas, quod omnem supervacua curæ ansam præcedat, otium omne atque studium divinis operibus consecrans: quod nisi habeat, matrimonio longe deterior est, spinas in animo circumferens, et legitimam ac celeste semen suffocans.

LXXVIII. *Cur non acriter eum carpat, qui in virgine sua indecorum se esse putat*. — *Si quis autem, ait, turpem se videri existinat super virgine sua, quod sit superadulta, quod ita faciendum est, quod vobis faciat, non peccat: nubant* (1. Cor. 7. 36). Itane, *Quod vobis faciat?* nec falsam existimationem corrigis, sed nubere permittis? Cur enim non dixisti, *Quod si quis in virgine sua indecorum esse putat, miser et infelix est, rem tam admirandam infamem arbitratus?* cur non consultuisti, opinione ea dimissa, filiam a matrimonio arceret? Quia, inquit, animæ illæ admodum infirmæ et humi repentes erant, illaque sic affectæ statim ad virginittatis sermones adduci non poterant. Nam qui ad mundi res tam est attonitus, et hujus vitæ laudator, ut post tantam exhortationem, quod celo dignum est et angelici instituti affine, probro habuisset, consilium eo inducens qui tulisset? Et quid mirum, si id in re concessa Paulus fecit, qui idem in vetita et illegittima faciat? Exempli causa: ciborum delectum habere, et alios probare, alios rejicere, Judaicæ imbecillitatis erat: quidam tamen apud Romanos ea imbecillitate laborabant: quos adeo non incescit vehementer, ut aliud quiddam majus etiam faciat; omissis enim iis qui peccassent, qui eos prohibere vellent oburgat his verbis, *Tu autem quid judicas fratrem tuum* (Rom. 14. 10)? At non Colossensibus scribens idem facit, sed magna auctoritate et eos carpit, et philosophatur dicens: *Nemo ergo vos judicet in cibo atque potu* (Col. 2. 16). Et rursus: *Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid tamquam viventes in mundo decernitis? Ne tangito, neu gustato, neu atrectato: quæ omnia usu perent* (Ibid. v. 20. 21. 22). Cur igitur id facit? Quod hi confirmati essent: Romanis adhuc magna indulgentia opus habere, et expectaret ille, dum fides in eorum prius animis constabilliretur: veritus ne ante tempus et æquo citius zizanias revellere aggressus (Math. 13), cum iis sanæ doctrinæ stirpes una etiam revellerent. Itaque nec acriter incescit, nec irreprehensos dimittit, sed clam et nec opinantes in aliis castigandis perstringit. Nam qui dicit, *Suo domino stat, aut cadit* (Rom. 14. 4), ille increpanti silentium imponere videtur, sed revera increpati illius animum vellicat: ostendens, iis rebus duci non stabilium esse et firmiter consistentium, sed qui adhuc titubent, quibusque, ni sentiat, periculum sit ne cadant. Eandem legem et hic servat propter insignem imbecillitatem eorum quibus pudentum esset: neque enim aperte eum petiit, sed

laudando eo qui suam virginem servet egregie verberat. Nam quid sit? *Sed qui stat firmus in corde suo* (1. Cor. 7. 37) : quod ad distinctionem dictum est ejus, qui leviter et facile jactetur, neque adhuc firmus graduator, nec viriliter stet. Deinde quia sciebat orationem eam satis esse, ut ejus animam pungeret, vide ut eam rursus obnubat, causam haud sane reprehensione dignam afferendo. Eo enim dicto, *Sed qui stat firmus in corde suo*, addit, *Non habens necessitatem, potestatem autem habens*. Atqui consequens erat ut diceret, Sed qui constans est, neque id indecorum esse putat. Verum id acerbis erat. Itaque aliud substituit, eum consolans atque ad hanc potius causam venire passus. Siquidem minus indignum est coactum, quam dedecori habentem id vetare. Nam illud imbecilli et miseri animi est; hoc etiam depravati, nec rerum naturam recte discernere scientis. Sed nondum hæc dicendi erat locus : etenim nec necessitate incumbente fas esse eam, quæ virgo degere instituerit, arcere, sed adversus omnia, quæ præclarum hoc studium impediunt, fortiter vitandum esse, audi quid Christus censet : *Qui patrem aut matrem amat supra me, non est me dignus* (Matth. 10. 37). Quippe ubi quid Deo acceptum persequimur, quisquis prohibet, seu pater, seu mater, seu quicumque sit, hostis atque inimicus est habendus. Sed hæc Paulus, qui auditorum imperfectionem adhuc sustineret, scribit, iniquens : *Sed qui stat firmus non habens necessitatem*. Neque hic stetit, etsi, *non habens necessitatem*, et, *potestatem habens*, idem sint : sed sententiæ prolixitate, ac permissionum assiduitate, fractam et exilem mentem solatur; postea et alteram addens causam, *Qui in corde suo statuit*. Neque enim sufficit liberum esse, neque hinc solum fit obnoxius, sed ubi eligat atque statuat, tum vero recte facit. Deinde ne propter ingentem indulgentiam nihil interesse crederes, iterum discrimen edit, timide ille quidem, sed edit tamen bis verbis : *Itaque et qui matrimonium jungit, bene facit, et qui non jungit melius facit* (1. Cor. 7. 38). Cæterum quanto hoc melius sit, hic non explicat eadem de causa : quod si scire vis, addit dicentem Christum *Nec ducunt, nec ducuntur, sed sunt sicut angeli in celo* (Matth. 22. 30). Vidisti discrimen, quo virginitas mortalem repente attollit, modo vera sit virginitas?

LXXXIX. *Nulla re inferiorem fuisse Angelis Eliam et qui ejus similes, idque virginitatis beneficio*. — Etenim qua re ab angelis differabant Elias, Elisæus, Joannes, germani hi virginitatis amatores? Nulla nisi quod mortali natura erant obstricti : cætera si quis accurate laquirat, nihilo iis deterius affectos inveniet, atque hoc ipsum, quo inferiores videbantur, valde ad laudem facit. Nam in terra degentes, ac mortalis naturæ necessitati subjectos, ad eam virtutem evadere potuisse, vide quantæ fortitudinis, quantæ philosophiæ erat. At virginitatem eos tales comparasse, hinc perspicuum est. Si enim conjuges atque liberos hâluisset, non tam facile deserta habitasset, nec ardes et reliquum vitæ apparatus neglexissent. Nunc ut omnibus vinculis soluti, in terra velut in celo degentes age-

bant, non parietibus, non tecto, non toro, non mensa, non alio id genus ullo indigentes : quin cælum pro tecto, humum pro toro, solitudinem pro mensa habebant, ac quæ res aliis famis causa videatur, deserti sterilitas, ea sanctis illis abundantiam præstatat : siquidem nec vitibus, nec torcularibus<sup>1</sup>, nec frugibus, nec messe opus habebant, sed uberem ac dulcem potum fontes, stagna et fluvii suppeditabant. Mensam uni angelus paravit inauditam, insolentem, humana consuetudine majorem : *Unus enim, inquit, panis ad quadraginta dierum inediam sufficit* (3 Reg. 19. 6. et 8.). Alterum Spiritus gratia sæpe mirifice pavit, neque eum solum, sed alios etiam ejus causa (Vide 4. Reg. 4. 40). Cæterum Joannes plus quam propheta (Matth. 11), quo nullus in feminarum natis major surrexit, nec humani cibi indiguit : qui non frumento, vino, oleo, sed locustis sylvestrique melle corporis vitam sustentaret. En terrestres angelos, en virginitatis vim : efficiebat ut homines carne atque sanguine coagmentati, humi gradientes, mortalis naturæ necessitati obnoxii, tamquam incorporei, tamquam cælum jam adepti, tamquam immortalitatem consequuti, cuncta præstarent.

LXXX. *Quid sit honestas et assiduitas decora*. — Quippe erant iis cuncta supervacua, non hæc solum quæ vere supervacua sunt, deliciae, opes, potentia, gloria, et reliqua somniorum<sup>2</sup> istorum series, sed etiam quæ necessaria videntur, ædes, urbes, artificia. Hoc est *honestas et decora assiduitas*, hoc virginitatis virtus. Nam mirum quidem et multis coronis dignum est, libidinum insaniam frangere, ac furement naturam coercere : sed tum vere mirum, cum ejusmodi etiam vitæ accedit; seorsim autem et per se exile est, neque eo præditos servare potest. Atque hic nobis testes sint quotquot hodieque virginitatem exercent, quæ tantum absunt ab Elia et Elisæo et Joanne, quantum terra a cælo. Ut enim, si *honestatem et decora assiduitatem* eripias, virginitatis nervos succideris : ita si eam cum vitæ quam optima conjungas, radicem ac fontem bonorum tenes. Nam quemadmodum radicem terra pinguis ac fertilis, sic vitæ quam optima virginitatis fructus nutrire novit : imo et radix et fructus virginitatis vitæ crucifixæ est. Hæc generosos illos ad mirabilem cursum inunxit, vinculis omnibus recisis, liberis ac pernicibus pedibus tamquam alatos in cælum evoluturos dimittens. Ubi enim nec uxoris studium, nec liberorum cura sit, perfacilis est egestas : egestas autem nos cælo vicinos præstat, non terribilis solum et curis ac periculis, sed reliquis etiam omnibus molestiis liberans.

LXXXI. *Quantum bonum sit egestas*. — Nam qui nihil habet, ceu omnia tenens omnia contemnit, et magna libertate adversus magistratus, primates, atque ipsam diademate ornatum utitur. Qui opes contemnit, sensim progressus facile mortem etiam contemnet : atque his excelsior omnes intrepide alloquetur, neminem pavens ac formidans. At qui opibus occupatur,

<sup>1</sup> sic juxta Savil. in B., *pro'la*, pro, *torcularibus*. M.

<sup>2</sup> Pro, *somniorum*, Reg. habet, *mortalium*.

τῶν ἐπαισχυνομένων τῷ πράγματι. Οὐ γὰρ φανερώς πρὸς αὐτὸν ἀποτείνεται, ἀλλ' ἐν τοῖς ἐπαινοῖς τοῦ τὴν αὐτοῦ διατηροῦντος παρθένου ἰδίστου αὐτῷ σφοδρῶν τὴν κολήν. Τί γὰρ φησιν; Ὅς δὲ ἔσθηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Τοῦτο δὲ πρὸς ἀντιδιαστολὴν εἰρηται τοῦ εὐλόγου, καὶ εὐχρῶς περιφερομένου, καὶ οὐδέποτε βίβλαι βαδίζειν εἰδῶτος, οὐδὲ ἐστάναι μετὰ πολλῆς τῆς ἀνδρείας. Εἶτα ἐπειθὴ συνείδεν ἱκανὸν ὄντα τὸν λόγον δεξιῖν τὴν ἐκείνου ψυχῇ, ἔρα πῶς αὐτὸν συνεκίτασε πάλιν, αἰτίαν ἐπαγαγόντων οὐ σφῶρα καθαρῶς ἔβλεν. Εἰπόν γὰρ, Ὅς δὲ ἔσθηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, προσέθηκε, Μὴ ἔχωρ ἀνάγκη, ἔξουσίαν δὲ ἔχωρ. Καίτοι ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν Ὅς δὲ ἔσθηκεν ἑδραῖος, καὶ μὴ νομίξει τὸ πρᾶγμα ἀσχημοσύνην εἶναι· ἀλλὰ τοῦτο πληκτικώτερον ἦν· διὸ ἔτερον ἀντὶ τούτου προσέθηκε παραμυθούμενος αὐτόν, καὶ διδοῦς ἄλλο ἐπὶ ταύτῃ ἐλθεῖν τὴν αἰτίαν. Οὐ γὰρ οὕτω δεῖν τὸ πρᾶγμα δι' ἀνάγκην κωλύειν, ὡς δι' αἰσχύνῃν. Τοῦτο μὲν γὰρ ψυχρὸς ἐστὶν ἀνάνδρως καὶ τολαιπύρως, ἐκείνο δὲ καὶ ἐστραμιμένης, καὶ οὐδὲ τὴν τὸν πραγμάτων φύσιν ἐπισταμένης κρίνειν ὀρθῶς. Ἀλλὰ τούτων οὕπω τῶν λόγων ἦν ὁ καιρὸς· ἐπεὶ [331] ὅτι γε οὐδὲ ἐπικειμένης θέμις τὴν προσηρμένην παρθενοῦσαν κωλύεσθαι, ἀλλὰ πρὸς πάντα ἰστασθαι χρὴ γενναίως τὰ διακόπτοντα τὴν καλὴν ταύτην ὀρμήν, ἀκούσων τὴ φωνῆν ὁ Χριστός· Ὁ φίλων κατέρη γὰρ ἡμέτερα ὑπὲρ ἐμέ, οὐκ ἐστὶ μου ἄξιος. Ὅταν γὰρ τὴ μετῴμων τῶν τῷ Θεῷ δοκούντων, ἅπας ὁ κωλύων ἐχθρὸς ἐστω καὶ πολέμιος, κἂν πατήρ ἢ κἂν μήτηρ, κἂν ὀπίστω. Ἄλλ' ὁ Παῦλος ἐτι διαβαστάζων τῶν ἀκούωντων τὸ ἀτελεῖς, ταῦτα ἔγραψε, λέγων· Ὅς δὲ ἔσθηκεν ἑδραῖος μὴ ἔχωρ ἀνάγκη· καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου τὸν λόγον ἐστῆσε· καίτοι γε τὸ, Μὴ ἔχωρ ἀνάγκη, καὶ, ἔξουσίαν ἔχωρ, ταυτὸν ἐστὶν· ἀλλὰ τὸ μῆκος τοῦ λόγου καὶ τῆ συνεχεῖς τῶν συγγραφήσεων τὴν εὐτελεῖ καὶ μικρὰν παραμυθίαν δίδοναι, μετὰ τούτων καὶ ἔτιραν αἰτίαν προσθεῖς τὸ, Ὅς κέρκιον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ ἐλευθερον εἶναι, οὐδὲ ἀπὸ τούτου μόνον ὑπευθύνος ἐστίν, ἀλλ' ὅταν ἔλθῃται καὶ κρίνῃ, τότε καλὸς ποιεῖ. Εἶτα ἔνα μὴ νομίσει διὰ τὴν πολλὴν συγκατάθεσιν μηδὲν εἶναι τὸ μέσον, τίθεισι πάλιν τὴν διαφορὰν μεθ' ὑποστολῆς μὲν, τίθεισι δ' ὀρμῶς, λέγων· Ὅστε καὶ ὁ ἐκγαμιῶν καλὸς ποιεῖ, ὁ δὲ μὴ ἐκγαμιῶν κρείσσον αἰεῖ. Ἄλλ' ἐνταῦθα μὲν δὸν τὸ κρεῖττον οὐκ ἔδειξε διὰ τὴν αὐτὴν πάλιν αἰτίαν· οὐ δὲ εἰ θέλεις μαθεῖν, ἀκούσων τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· Ὅστε γαμιῶσιν, ὅστε γαμιῶσιν, ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἀγγελοῖς ἐν οὐρανῷ. Εἶδες τὸ μέσον, ποῦ τὸν θνητὸν ἡ παρθενία ἀβρίον ἀφρεῖ, ἔταν θνητός ἢ παρθενία;

Οὐ? Τί γὰρ τὸν ἀγγέλου ἀπέχον, εἰπέ μοι, ὁ Πλάς, ὁ Ἐλισσαῖος, ὁ Ἰωάννης, οὗτοι οἱ γνήσιοι τῆς παρθενίας ἔρασταί; Οὐδὲν ἀλλ' ἢ δὸν θνητῷ προσεβέβητον φύσει· τὰ δὲ ἄλλα εἰ τις ἀκριβῶς ἐξετάσειεν, οὐδὲν χεῖρον ἐκείνων εὐρήσει διακειμένους· καὶ τοῦτο δὲ αὐτὸ τὸ δοκῶν ἐλάττωμα εἶναι, μέγα εἰς ἐγκωμίου λόγον ἐστὶ. Τὸ γὰρ τῶν οἰκούντων, καὶ τῆς ὀνητῆς φύσεως ὑποκειμένου ἀνάγκη; δινηθῆναι φθάσαι πρὸς ἐκείνην τὴν ἀρετὴν, ἔρα πόσης ἀνδρείας, πόσης φιλοσοφίας ἦν. Ὅτι δὲ αὐτοῦς ἡ παρθενία τοιούτους ἐποίησε, θήλον ἐκείθεν· εἰ γὰρ γυναικεῖα εἶχον καὶ παῖδας, οὐκ ἂν εὐκόλως τὴν ἑρμηλιαν ἔκρησαν, οὐκ ἂν οἰκίας καταφρόνησαν, οὐκ ἂν τῆς ἄλλης τοῦ βίου κατασκευῆς· νῦν δὲ πάντων τούτων ἀπολυθέντες τῶν δεσμῶν, ὡς ἐν οὐρανοῖς θνητες οὕτω διέτριβον ἐπὶ

τῆς γῆς· οὐ τοίχων ἐδέοντο, οὐκ ὄροφῆς, οὐ κλίνας, οὐ τραπέζης, οὐκ ἄλλου τῶν τοιούτων τινός, ἀλλ' ἀντὶ μὲν στέγης εἶχον τὸν οὐρανόν, ἀντὶ δὲ κλίνας τὴν γῆν, ἀντὶ δὲ τραπέζης τὴν ἑρμηλιαν· καὶ πρᾶγμα δ' οὐκ ἄλλοις αἰτίων εἶναι λιμοῦ δοκεῖ, τῆς ἑρμηλίας ἢ ἀκαρπίας, τοῦτο τὸν ἀγίους ἐκείνων ἐν ἀφθονίᾳ καθίστη. Οὐ γὰρ ἀμπελῶν αὐτοῖς ἐδέσαν, οὐδὲ ληνῶν ἢ, οὐδὲ ἡλιων, οὐδὲ ἀμπετοῦ· ἀλλὰ τὸ μὲν ποτὸν αὐτοῖς ἀφθονον παρεῖχον καὶ ἡδὴ πηγαὶ καὶ ποταμοὶ καὶ λίμναι, τράπεζαν δὲ τῷ μὲν ἀγγελοῖς κατεκόουαζε θαυμαστὴν τινα καὶ παράδοξον, καὶ μελίσσον ἢ κατ' ἀνθρωπίνην συνήθειαν· Ὁ γὰρ εἰς ἄρτος, φησὶ, πρὸς τεσσαράκοντα ἡμέρας ἀστειραν ἤρακεσε· τὸν δὲ ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις πολλὰς ἐτραπε θαυματουργοῦσα, καὶ οὐκ αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἐκείνου ἑτέρους. Ὁ δὲ προφήτου πλὴν Ἰωάννης, οὐ μάλιστον ἐν γεννητοῖς [332] γυναικῶν οὐκ ἔφηγεταί, οὐδὲ ἀνθρωπίνης ἐδέσθη τροφῆς· οὐ γὰρ σίτος καὶ ὄλιος; καὶ ἔλαιον, ἀλλ' ἀκριβες καὶ μέλι ἀγγισον τὴν τοῦ σώματος αὐτοῦ διεκράτουν ζῶτην. Εἶδες ἀγγελοῦς ἐπὶ τῆς γῆς; εἶδες παρθενίας ἰσχύ; Τούτ' αἰμαίται καὶ σαρκὶ συμπεπλεγμένους, τοὺς χαμὰ ἐρχομένους, τοὺς ἀνάγκη φύσεως ὑποκειμένους θνητῆς, ὡς ἀσωμάτων, ὡς τὸν οὐρανὸν ἦδη λαχόντας, ὡς ἀθανάσιαν μετεληφρότας, οὕτως ἅπαντα ποιεῖν παρεσκεύασε.

II. Πάντα γὰρ ἐκείνοις ἦν περιττὰ, οὐ ταῦτα μόνον τὰ θνητά ὄντα περιττὰ, τρυφή, καὶ πλοῦτος, καὶ δυναστεία, καὶ δόξα, καὶ ὁ λοιπὸς τῶν ἐνέριων τούτων ἢ ὀρμαθός· ἀλλὰ καὶ τὰ δοκούντα εἶναι ἀναγκαῖα, οἰκία, καὶ πόλις, καὶ τέχνη· τοῦτο ἐστὶν τὸ, Ἐδοχημιον καὶ εὐπρόσθερον εἶναι, τοῦτο παρθενίας ἀρετῆ. Θαυμαστὸν μὲν γὰρ καὶ πολλῶν στεφάνων ἄξιον καὶ τὸ τῆς τῶν ἐπιθυμιῶν περιγενέσθαι λύτης, καὶ μαινομένην κατὰ χεῖρ τὴν φύσιν, ἀλλὰ τότε θνητός γίνεταί παρθενίας, ἔταν ὁ τοῦτο βίος προσῆ· αὐτὸ δὲ καθ' ἑαυτὸ ἀσθενές, καὶ οὐκ ἱκανὸν οἴσασιν τοὺς ἔχοντας. Καὶ μαρτυρήσων ἂν ἦν ὅσα παρθενίαν μὲν ἀκούσι; καὶ νῦν· τοσοῦτον δὲ ἀποδέουσι Ἠλίου καὶ Ἐλισσαίου καὶ Ἰωάννου, δὸν ἡ γῆ τοῦ οὐρανοῦ. Ὅσα γὰρ τὸ Ἐδοχημιον καὶ εὐπρόσθερον ἂν περιέλθῃ, αὐτὰ τὰ νεύρα τῆς παρθενίας ἐξέκοψας, οὕτως ἔταν αὐτὴ μετὰ πολιτείας ἔχρης ἀρίστης, τὴν ῥίζαν καὶ τὴν ὑπόθεσιν ἔχεις τῶν καλῶν. Καθάπερ γὰρ ῥίζαν ἢ γῆ ἵπαρὰ καὶ γόνιμος, οὕτως οὐδὲν ἀρίστη πολιτεία τρέφει τὸς τῆς παρθενίας καρποῦς· ἄλλοι δὲ καὶ ῥίζα καὶ καρπὸς παρθενίας ὁ ἐσταυρωμένος βίος ἐστίν. Αὐτῆ τῆς γενναίως ἐκείνου δὲ πρὸς τὸ θαυμαστὸν ἤλειψε ὁρμόν, πάντα μὲν αὐτὴν τὰ δεσμὰ περικόψασα, ποσὶ δὲ εὐλύτοις καὶ κούφοις καθάπερ πτηνοῦς ἀφείσα πέτεσθαι πρὸς τὸν οὐρανόν. Ὅπου γὰρ οὐτε γυναικεῖς θεραπεῖα, οὐτε παίδων ἐπιμελία, πολλῆ τῆς ἀσχημοσύνης ἡ εὐκόλια· ἀσχημοσύνη δὲ ἐγγυῖς εἶναι ποιεῖ τῶν οὐρανῶν, οὐ φθῶν μόνον, οὐδὲ φροντίων, οὐδὲ κινδύνων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης δυσκολίας ἡμᾶς ἀπαλλάττουσα.

III. Ὁ μὲν γὰρ μὴδὲν ἔχωρ ὡς τὰ πάντα κατέχων, οὕτως ἀπάντων καταφρονεῖ, καὶ παρῆρησις κέρχεται πολλῇ καὶ πρὸς ἀργοντας καὶ πρὸς δυναστας καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν τὸ διάδημα περιελαμβάνων. Ὁ χρημάτων καταφρονῶν ὀδῶν προβαίνων καὶ θανάτου καταφρονήσῃ βαβίως· τούτων δὲ γενόμενος ἀνωτέρω πᾶσι μετὰ παρῆρησίας διαλέξεται, οὐδένα δεδουκῶσι οὐδὲ τρέμων. Ὁ δὲ περὶ χρημάτων ἡγορημένος οὐ χρημάτων ἐστὶ μόνον δούλος, ἀλλὰ καὶ δόξης καὶ τιμῆς καὶ τῆς παρουσίας ζῶης, καὶ πάντων ἀπλῶς ἢ Savil. οὐδὲ ληνῶν. Monf. οὐδὲ λεμώνων. Euse. c Reg. τῶν θνητῶν τούτων. d Sic Reg. et Savil. At Plantin. et Morel. f fca

επειὲν τῶν βιωτικῶν. διὰ τοῦτο ῥίξαν αὐτὴν τῶν κακῶν πάντων ὁ Παῦλος ἐκάλεσεν. Ἄλλὰ ταύτην ἱκανὴ ξηραῖα τὴν ῥίξαν ἢ παρβενία, καὶ ἑτέραν ἡμῖν ἐνθεῖναι τὴν ἀρίστην, τὴν ἅπαντα βλασπασάουσα τὰ καλὰ, ἐλευθερίαν, παρῆρησίαν, ἀνδρείαν, ζῆλον πεπυρωμένον, ἔρωτα τῶν οὐρανίων θεερῶν, ὑπεροφίαν πάντων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ὅτιοι τὸ *Ἐδοχημιον* καὶ *εὐπρόσθερον* γίνεται.

ΠΒ'. Ἄλλὰ τίς ὁ σοφὸς τῶν πολλῶν λόγος; Ὁ πατριάρχης, φησὶν, Ἀβραὰμ καὶ γυναῖκα εἶχε, καὶ παῖδας, καὶ χρήματα, καὶ ποίμνια, καὶ βουκόλια· καὶ μετὰ πάντα ἐκεῖνα Ἰωάννης, ὁ τε Βαπτιστῆς, ὁ τε Εὐαγγελιστῆς, [333] παρθένοι ἀμφοτέροι τυγχάνοντες, καὶ Παῦλος καὶ Πέτρος ἐπὶ τῆς ἑγκρατείας διαλαμβάναντες, εἰς τοὺς ἐκείνου κόλπους εὐχονται ἔλθειν. Τίς σοι τοῦτο εἶπεν, ὁ βέλτιστος, ποῖος προφήτης, τίς εὐαγγελιστῆς; Αὐτὸς, φησὶν, ὁ Χριστὸς. Τὸν γὰρ ἑκατοντάρχην ἰδὼν πολλὴν ἔχοντα πίστιν, ἔειπεν· Ὅτι πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἤξουσιν, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ. Καὶ ὁ Λάζαρος δὲ μετ' αὐτοῦ τότε ὄρσται ὑπὸ τοῦ πλουτοῦ τρυφῶν. Καὶ τὶ τοῦτο πρὸς Παῦλον, τὶ δὲ πρὸς Πέτρον, τὶ δὲ πρὸς Ἰωάννην; Οὐ γὰρ ὁ Λάζαρος Παῦλος καὶ Ἰωάννης ἦν, οὐδὲ οἱ πολλοὶ οἱ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ὁ τῶν ἀποστόλων ἦσαν χορῆς. Ὅστε περιττοὺς ὕμιν οὗτος ὁ λόγος, καὶ μάταιος. Εἰ δὲ θέλων ἕως ἀκούσαι τὰ τῶν ἀποστόλων ἐπιπλά, ἔκουσιν τοῦ μέλλοντος αὐτὰ δύναι, λέγοντος· *Καθίσεσθε ἐπὶ δώδεκα ἁθρόνους κρινόντες τὰς δώδεκα φυλάς τοῦ Ἰσραήλ*. Καὶ οὐδέμου ἐνταῦθα ὁ Ἀβραὰμ, οὐτε ὁ τοῦτο παῖς, οὐδὲ ὁ ἐκεῖνον, οὐδὲ ὁ λαγῖον αὐτοῦς κόλπος, ἀλλ' ἀξία πολλῶν μεζῶν ἐκείνην· τοὺς γὰρ ἐκεῖνον οὕτοι καθεδούνηται κρινόντες ἐκγόνοισι. Οὐ γὰρ τὴν δὲ μόνον ἡ διαφορὰ εἶλη, ἀλλ' ὅτι ὡν μὲν ὁ Ἀβραὰμ ἔτυχε πολλοὶ τεύχονται· πολλοὶ γὰρ ἔλευσονται, φησὶν, ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, καὶ ἀνακλιθήσονται μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ· τῶν δὲ θρόνων ἐκεῖνον οὐδέ τις ἕτερος ἐπιλήψεται, ἀλλὰ μόνος ἢ ὁ τῶν ἁγίων τούτων χορῆς. Ἐπ' οὖν, εἰπέ μοι, ποιμνίον μὲν ἦσθε, καὶ βουκόλιον, καὶ γάμου, καὶ παίδων; Τὶ οὖν, φησὶν, ἕταν τῶν παρβενεσάντων πολλοὶ μετὰ τοὺς πολλοὺς ἰδρώτας εὐχονται χωρῆσαι ἐκεῖ; Ἐγὼ δὲ τοῦτο μεζῶν ἐρῶ, ὅτι πολλοὶ τῶν παρβενεσάντων οὐδὲ ἐκεῖνον ἐπιτεύχονται τῶν κόλπων, οὐδὲ τῶν κλαττόνων, ἀλλ' εἰς τὴν γέννηαν αὐτὴν ἀπαλεύονται. Καὶ δηλοῦσιν αἱ τοῦ νυμφῶνος ἀποκλεισθεῖσαι παρθένοι. Ἀρ' οὖν παρὰ τοῦτο τῆς παρβενίας σοὸς ὁ γάμος, ἢ καὶ χεῖρων; τὸ γὰρ ὑπόδειγμα τὸ οὐν καὶ χεῖρονα αὐτὴν ποιεῖ. Εἰ γὰρ ὁ μὲν γεγαμηκῶς Ἀβραὰμ ἐν ἀνάσει καὶ τρυφῇ, οἱ δὲ παρβενεσάντες ἐν γέννην, τοῦτο λέλειπται κατὰ τὸν ὕμπερον ὑποπεύσαι λόγον. Ἄλλ' οὐκ ἐστὶ ταῦτα, οὐκ ἐστὶν· οὐ γὰρ μόνον οὐκ ἐλάττων, ἀλλὰ καὶ πολλῶν βελτίων ἢ παρβενία τοῦ γάμου. Πῶς; Ὅτι οὕτε τὸν Ἀβραὰμ ὁ γάμος τοιοῦτον ἐποίησεν, οὕτε ἢ παρβενία τὰς ἀλλίας ἐκεῖνας ἀπώλεσεν· ἀλλὰ καὶ τὸν πατριάρχην ἡ λοιπὴ τῆς ψυχῆς ἀρετῆ λαμπρὸν ἀπέδειξε, καὶ ταύτας ἡ λοιπὴ κακία τοῦ βίου τὴν πυρὶ παρέδωκεν. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ καὶ ἐν γάμῳ ζῶν ἐσπούδασε τὰ τῆς παρβενίας κατορθῶσαι καλὰ, τὸ *Ἐδοχημιον* λέγω καὶ

*εὐπρόσθερον*· αὐταὶ δὲ καὶ παρβενίαν ἐλόμηναι, εἰς τὸν τοῦ βίου κλῆδον καὶ τὰς ἐν τῷ γάμῳ πραγματείας κατέπεσαν. Τὶ οὖν κωλύει, φησὶ, καὶ νῦν μετὰ τοῦ γάμου καὶ τῶν παίδων καὶ τῶν χρημάτων καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων τὸ *Ἐπρόσθερον* διασοῦσαι; Πρῶτον μὲν οὐδὲ οὐδὲ κατὰ τὸν Ἀβραὰμ νῦν, ἀλλ' οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἔγγυς. Καὶ γὰρ τῶν ἀκηχμοσύνῃ ἀκούστων μάλλον ἐκεῖνος χρημάτων κατεφρόνησε, πλουτῶν καὶ γυναῖκα ἔχων, καὶ ἠθόνης μάλλον τῶν παρβενεσάντων ἐκράτει. Οὗτοι μὲν γὰρ καλ' ἐκάστην ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας φλέγονται τὴν ἡμέραν· ἐκεῖνος δὲ οὕτω ταύτην κατεσβέκει τὴν φλόγα, καὶ οὐδέμιαν συνεδέετο προσπαθεῖν, ὡς μὴ μόνον [334] ἀποσχέσθαι τῆς παλλικίδος, ἀλλὰ καὶ ἐκβαλεῖν αὐτὴν τῆς οἰκίας ὕπερ τοῦ μάχης καὶ στάσεως· πᾶσαν ὑπόθεσιν ἀνελεῖν· νῦν δὲ οὐ σφόδρα εὐκολον τοῦτο εὐρεῖν.

ΠΓ'. Καὶ χωρὶς τούτων δὲ, ὅπερ καὶ ἀρχόμενος εἶπον, τοῦτο καὶ νῦν ἐρῶ, ὅτι οὐ τὸ αὐτὸ τῆς ἀρετῆς; ἀπαιτούμεθα μέτρον ἡμεῖς τε κάκεινοι. Νῦν μὲν γὰρ οὐκ ἐστὶ τέλειον εἶναι μὴ πάντα πωλήσαντα, μὴ πᾶσιν ἀποταξάμενον, οὐ χρήμασι λέγω μόνον καὶ οἰκίᾳ, ἀλλὰ καὶ τῇ ψυχῇ τῇ ἑαυτοῦ· τότε δὲ ὅπωπ' οὐσαύτῃ ἀκριβείας ἐπίδειξις ἦν. Τὶ οὖν; ἀκριβέστερον ἡμεῖς, φησὶ, τοῦ πατριάρχου βιωμῶν νῦν; Ἀπερίσμενον μὲν, καὶ τοῦτο ἐπιτετάγμεθα, οὐ βιωμῶν δὲ· καὶ διὰ τοῦτο πολλοὶ τοῦ δικαίου λειπόμεθα ἅ· ἐπεὶ ὅτι γε μεζῶνα ἡμῖν τὰ σκάμματα πρόκειται, παντὶ ποῦ δὴλόν ἐστι. διὰ τοῦτο καὶ τὸν Νῶε θαυμάζουσα ἡ Γραφὴ οὐγ' ἀπλῶς τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης τινός. Νῶε γὰρ, φησὶ, *δικαιος, τέλειος ὡν ἐν τῇ γενεῇ αὐτοῦ, τῷ θεῷ εὐηστέτησεν*. Οὐχ ἀπλῶς τέλειος, ἀλλ' ἐν τῷ τότε καρῶ· πολλοὶ γὰρ τελεσιτῶτες ἐρόποι κατὰ διαφορὰς ὠρισμένους καιροῦς· καὶ τοῦ χρόνου προκρίπτοντες τὸ ποτὲ τέλειον ἀτελεῖς ἕστερον γίνεται. Ὅλον τὶ λέγω· τέλειος ἦν ποτε ὁ κατὰ τὸν νόμον βίω· Ὁ ποιήσας γὰρ αὐτὰ, φησὶ, *ζήσεται ἐν αὐτοῖς*· ἀλλ' ἐλθὼν ὁ Χριστὸς τοῦτο τὸ τέλειον εἰδείξεν ἀτελεῖς. Ἐὰν γὰρ μὴ περισσέσῃ, φησὶν, ἡ δικαιοσύνη ὅμιον πλείων τῶν γραμματέων καὶ Φαρισσαίων, οὐ μὴ ἐπέλεθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Τότε φόνος ἰδῶκει μόνον εἶναι δεινόν, νῦν δὲ καὶ ἡρὴ καὶ ἡλιθορῖα μόνῃ τῇ γέννην παραπέμψαι δύναται ἄν· τότε μοιχεύει ἐκώλεζο μόνον, νῦν δὲ καὶ τὸ ἀκολάστοις ὀφθαλμοῖς γυναῖκα ἰδεῖν οὐκ ἀπὴλλοκαται τιμωρίας· τότε ἡ ἐπιπορξία μόνῃ ἦν ἐκ τοῦ Πονηροῦ, νῦν δὲ καὶ τὸ ὄμοσαι· Τὸ γὰρ περισσόν, φησὶ, *τούτων ἐκ τοῦ Πονηροῦ ἐστίν*. Οὐδὲν πλείον ἀπῆρτο οἱ τότε, ἢ τὸ τοὺς φιλοῦντας ἀγαπᾶν· νῦν δὲ τὸ μέγα τοῦτο καὶ θαυμαστόν οὕτως ἐστὶν ἀτελεῖς, ὡς καὶ μετὰ τὴν καθόρθωσιν αὐτοῦ μηδὲν πλείον ἔμελλε ἔχειν τῶν τελωνῶν.

ΠΔ'. Τὶ εἴπατε οὖν τῶν αὐτῶν κατορθωμάτων οὐχὸς αὐτοῦς καίται μισθὸς ἡμῖν καὶ τοῖς ἐν τῇ Παλαιᾷ, ἀλλὰ μεζῶνα ἐπιδείκνυσθαι δεῖ τὴν ἀρετὴν, εἰ μέλλομεν τῶν αὐτῶν ἐκείνους τυχεῖναι; Ὅτι πολλῇ ἡ τοῦ Πνευματικῆς χάρις ἐκκέχεται νῦν, καὶ μεγάλη τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἡ δωρεὰ· ἀνδρας γὰρ αὐτὴ τέλειος ἀντὶ νηπίων ἐποίησεν. Ὅπερ οὖν ἡμεῖς τοὺς παῖδας τοὺς ἡμετέρους, ὅσων ἤβησται, πολλῶν μεζῶνα ἀπαιτοῦμεν τὰ κατορθώματα, καὶ ἅ ποιούνητες πρότερον ἀπῆρτομεν κατὰ τὴν πρώτῃ

\* Reg. et Savil. in marg. : \* Ἰμεῖς οἱ ἀκολούθησαντές μοι, ἵστατε καθὼς ὁ Γίος τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνον ὄσῃς αὐτοῦ, καθίστασθε καὶ ἡμεῖς ἐπὶ θρόνῳ. \*

ἢ Reg. ἀλλ' ἡ μοναχ.

\* Alii ἀπολειπόμεθα.



non opum tantum mancipium est, sed etiam gloriæ, honoris, præsentis vitæ, atque ut semel dicam, omnium quæ ad vitam pertinent. Itaque avaritiam Paulus malorum omnium radicem dixit (1 Tim. 6. 10). Verum et hanc radicem virginis potis est exsiccare, et aliam optimam nobis indere, unde bona omnia pululent, libertas, fiducia, fortitudo, zelus ardens, celestium feruens amor, terrestrium omnium despectus. Ita honestas et decora assiduitas paratur.

LXXXII. *Contra eos qui dicunt optare virgines in Abrahami sinum venire.* — Sed quæ est hæc multorum sapiens oratio? Patriarcha, inquit, Abraham et uxorem habuit, et liberos, et opes, et greges, et armenta: ac post ea omnia Joannes tum Baptista, tum Evangelista, uterque virgo, et Paulus atque Petrus continentia illustres, in ejus sinum venire optant. Et quis autem tibi id dixit, bone vir? quis propheta? quis evangelista? Ipse, inquit, Christus. Nam centurionem videns summa fiducia præditum, ait: *Multi ab Oriente et Occidente venient, et recumbent cum Abraham et Isaac et Jacob* (Matth. 8. 11). Quin Lazarus cum eo tunc deliciis a divite videtur (Luc. 16). Quid hoc ad Paulum? quid ad Petrum? quid ad Joannem? neque enim aut Lazarus, Paulus ac Joannes erat, aut multi illi ab Oriente et Occidente, apostolorum chorus erant. Itaque hæc vobis cassa et inanitas est oratio. Quod si apostolorum præmia plane audire vis, ea distributuri sententiam accipe: *Sedebitis super thronos duodecim, judicantes duodecim tribus Israel* (Matth. 19. 28). Nusquam hic aut Abraham, aut ejus natus, aut nepos, aut qui eos acceperit sinus, sed dignitas longe hac sublimior: nam hi illorum posteros judicaturi sedebunt. Neque hic dumtaxat evidens discrimen est, sed quod quæ Abrahamus est adeptus multi nanciscuntur: *Multi enim, inquit, ab Oriente et Occidente venient, et recumbent cum Abraham et Isaac et Jacob* (Matth. 8. 11): thronos autem illos, nisi sanctorum horum chorus, occupabit nemo. Et adhuc greges, armenta, matrimonia, liberos commemoratis? Quid igitur, inquit, si virginum multi post graves sudores eo venire optant? Ego vero majus etiam quiddam dicam, virginum multos nec eos quidem sinus, nec minima consequuturos, sed in gehennam discessuros: atque id virginis ostendunt thalamo exclusæ. Ergo hinc virginitati par est matrimonium, imo hæc etiam deterior: exemplum quippe tuum illo deteriore facit. Nam si Abraham conjugatus in requie et deliciis est, virgines in gehenna, id est oratione vestra conjectandum relinquitur. Sed non ita est, inquam: quin adeo matrimonio deterior non est, ut longe etiam præstantior sit. Quomodo? Quod nec Abraham matrimonium talem præstitit, nec miseras illas virginitas perdidit; sed et patriarcham reliqua anima virtus illustrem reddidit, et has reliqua vitæ nequitia igni tradidit. Siquidem ille in matrimonio

degens, virginis bonis perfungi studuit, *Honestate, inquam, et decora assiduitate*: hæc virginitatem amplectæ, in vitæ procellas et matrimonii negotia reciderunt. Quid igitur, inquit, et nunc vetat maritum, ac liberis, opibus, cæterisque omnibus instructum, *decoram assiduitatem* tueri? Primum quod nemo nunc par est Abrahamo, sed nec parvo intervallo proximus. Nam ille, qui et opes et uxorem haberet, etiam magis quam qui inopiam profiteantur pecunias contempsit, et voluptatem fortius quam virgines cohibuit. Hi enim quotidie libidinibus ardent; ille adeo eam flammam exstinxerat, neque ulla cupiditate obstrictus tenebatur, ut non solum pellice abstineret, sed etiam domo eam pelleret, quod litis ac dissidii occasionem omnem tolleret. Quod equidem nunc haud facile reperire est.

LXXXIII. *Non eundem virtutis modum nobis et antiquis propositum esse.* — Præterea autem, quod initio dicebam, et nunc repetam, non eundem a nobis atque ab illa virtutis modum exigi. Siquidem nunc perfectum esse non licet, nisi omnibus venditis, nisi omnibus valere jussis (Matth. 19) non opibus tantum et ædibus, sed anima etiam sua: tum pondum tantæ accurationis specimen erat. Quid igitur? inquit; accuratius nunc quam patriarcha vivimus? Deberebus certe, atque id jubemur, sed non præstamus: ideoque longe a justo relinquirur. Nam quin majora nobis certamina proposita sint, nulli dubium est. Itaque Noe laudans Scriptura, non simpliciter id facit, sed cum additamento quodam: nam ait: *Noe justus, perfectus in generatione sua, Deo placuit* (Gen. 6. 9): non simpliciter perfectus, sed in generatione sua. Multi enim sunt perfectionis modi, aliis atque aliis temporibus definiti: ac *Quod aliquando perfectum fuit, temporis progressu fit imperfectum*. Verbi gratia: aliquando perfectus erat qui legem exsequabatur: *Nam hæc qui faciat, inquit, per ea virtutis est* (Levit. 18. 5): at Christus exortus perfectum hoc imperfectum ostendit. Nisi enim, inquit, *abundaverit justitia vestra plus quam scribarum et Phariseorum, non intrabitis in regnum cælorum* (Matth. 5. 20). Tum homicidium solum atrox videbatur; nunc vel ira dumtaxat ac convicium ad gehennam rapere queat: tunc adulterium solum plectebatur; nunc vel flagitiosis oculis mulierem aspiciere, non abest a supplicio: tum perjurium solum a malo erat; nunc vel jurare: *Nam quod præter hæc est, inquit, a malo est* (Ib. v. 37). Ab iis nihil amplius requirebatur, quam amare eos qui se amarent: nunc magnum hoc et præclarum tam est imperfectum, ut eo perfuncti nibilo publicanis præstemus.

LXXXIV. *Merito eorundem recte factorum non idem præmium nobis et antiquis propositum esse.* — Cur igitur non idem præmium lisdem recte factis, et nostris et antiquorum, propositum est, sed majorem virtutem exhibeamus necesse est, si eadem quæ illi consequemur? Quia nunc ingens Spiritus gratia effusa est, et magnum adventus Christi munus: adultos quippe pro infantibus reddidit. Itaque quemadmodum

<sup>1</sup> Reg. et Savil. in margine, *O vos, qui me secuti estis, quando in solo gloria Filiius hominis sedebit, sedebitis super thronos duodecim, judicantes duodecim tribus Israel.*

<sup>2</sup> *Anthypophora*, est ejus quem ex adverso loquentem taxaverat.

nos a pueris nostris puberibus majorem virtutem postulamus, et quæ in prima ætate facientes laudabamus, eadem si viri effecti præstent non æque admiramur, sed alia multo iis graviora edere jubemus: ita et ab humana natura Deus primo quoque tempore eximia quædam facinora non exigebat, ut quæ puerilius affecta esset: at ubi prophetas, apostolos audivit, Spiritus gratiam consequuta est, virtutis ei magnitudinem auxit: nec injuria. Nam et mercedem amplio-rem et præmia multo illustriora nunc proposuit: non enim amplius terra ac terrena, sed cælum, et quæ intelligentiam superent bona perfunctos expectant. An non igitur absurdum sit, adultos adhuc in eadem infantia persistere? Nam humana tum natura adversum se factionibus divisa erat, bello ardens internecino. Atque id describens Paulus ait, *Aliam video legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me legi peccati, quæ lex est in membris meis* (Rom. 7. 25). At nunc hæc non sunt. *Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum in carne* (Rom. 8. 3). De iisque gratias agens Paulus dicebat: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Ago Deo gratias per Jesum Christum* (Rom. 7. 24). Itaque merito punimur, soluti tantumdem currere, quantum impediti, nolentes. Quamquam ut tantumdem possimus, nec sic pœna solvimur: nam qui alta pace fruatur, longe majus et illustrius tropæum erigere par est, quam qui admodum bello prematur.

Quod si in opibus, deliciis, conjugum studio, negotiorum cura assidue versamur, eoquando viri evadimus, spiritu vivemus, Domini res curabimus? An postquam hinc migratum erit? Al non id laborum ac certaminis, sed præmiorum et pœnarum tempus erit. Tum nec virgini oleum in lucernis non habenti ab aliis sumere licebit, sed ea foris manebit (*Matth. 25*): nec qui sordidis indutus adstet, egressus mutare vestem poterit, sed ad gehennæ ignem ahrapietur (*Matth. 23*): nec si vel Abrahamum imploret (*Luc. 16.*) quidquam tum proficiet. Quippe orta jam die propria, postea tribunali, sedente Judice, et manante quasi quodam ignis fluvio (*Dan. 7 10*), habita actionum nostrarum quæstione, non jam flagitia eluere sinemur, sed ad supplicium, iis debitum velimus nosimus trahimur modo, nullius tum precibus liberandi; sed quamvis quis pari fiducia sit cum magnis et admirandis viris, quamvis Noe, Job, Daniel sit (*Respicit ad Ezech. c. 14. v. 14*), etiamsi pro liberis ac filiabus deprecetur, nihil agat, sed necesse erit peccatores immortales pœnas expendere, ut qui recte fecerunt, honorem inire. Nam neque his neque illis finem fore Christus declaravit, ut vitam, sic supplicium æternum esse dicens: qui et dextris collaudatis, et sinistris damnatis, ita subdit: *Abibunt hi in pœnam sempiternam, justi vero in vitam sempiternam* (*Matth. 25. 46*). Itaque bic serio laborandum est, et qui uxorem habeat, ei perinde agendum ac si non haberet: et qui vere non habeat, ei cum virginitate reliquæ etiam omnes virtutes exercendæ sunt, ne post decessum ex hac vita incassum lamentemur.

ῥακίαν, ταῦτα γενομένους ἄνδρας καὶ κατορθούτας οὐκ ἔβ' ὁμοίως θαυμάζομεν, ἀλλ' ἕτερα πολλῶν μείζονα ἔκεινον καλεούμεν ἐπιδείκνυσθαι· οὕτω καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἠ φύσιν ὁ θεὸς ἐν τοῖς πρώτοις χρόνοις οὐ μεγάλη ἀπέφειε τὰ κατορθώματα, ὅτε νηπιωδέστερον διακειμένην ἔπειθ' ἐβ' προφητῶν ἤκουσεν, ἀποστόλων, καὶ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐπέτευγε χάριτος, ἐπέτεινεν αὐτῆ τῶν κατορθωμάτων τὸ μέγεθος· εἰκότως. Καὶ γὰρ μισθοὺς μείζονας ἔθηκε, καὶ τὰ ἑπαθλα πολλῶν λαμπρότερα νῦν οὐκίτι γὰρ γῆ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' οὐρανὸς καὶ τὰ νῦν ὑπερβαίνοντα ἀγαθὰ τοῖς [535] κατορθούσιν ἀπόκειται. Πῶς οὖν οὐκ ἀποπον ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐτι μένειν σμικρότητος ἀνθρωπέντας; Τότε μὲν γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη καθ' ἑαυτῆς ἔσχιστο φύσις, καὶ πόλεμος ἦν ἀπονοδος· καὶ τοῦτον ὁ Παῦλος διηγούμενος οὕτωςί πῶς φησιν· *Βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου ἀντιστρατεύμενον τῷ νόμῳ τοῦ τοῦδ' μου, καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσί μου.* Ἄλλα νῦν οὐκ ἐστι ταῦτα. Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ Υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί· καὶ περὶ τούτων εὐχαριστῶν ὁ Παῦλος λέγει· *Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; Ἐύχαριστῶ τῷ θεῷ δι' Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Διὰ τοῦτο κολαζόμεθα εἰκότως, ὅτι τῶν συμπεποδισμένων ἰσα τρέχιν οὐ βουλόμεθα οἱ λελυμένοι· μᾶλλον δὲ κἂν ἰσα δυνθώμεν, οὐδὲ οὕτως ἀπηλλάγμεθα τῆς κολάσεως. Τοῦς γὰρ βαθείας ἀπολαύοντας εἰρήνης τῶν σφόδρα βαρυνομένων πολέμῳ ἢ πολλῶ μείζονα δεῖ καὶ λαμπρότερα ἰσθῆν τὰ τρόπαια. Εἰ δὲ μέλλομεν περὶ χρήματα καὶ τρυφήν καὶ γυναῖκας καὶ πραγμάτων ἐπι-

<sup>a</sup> = Ὅστω καὶ τὴν ἀνθρωπίνην. ἢ In hoc verba desinit Reg. ubi reliqua desiderantur.

<sup>b</sup> Savil. in marg. τῶν σφόδρος βαρυνομένων πολέμους.

μέλειαν στρέφουσαι, τότε ἄνδρες ἑσόμεθα, τότε πνεύματι ζήσομεν, τότε τὰ τοῦ Κυρίου μεριμνήσομεν; Ὅταν ἀποδηγήσωμεν ἐντεῦθεν; Ἄλλ' οὐκίτι πόνοι οὐδὲ ἀγῶνων ὁ καιρὸς, ἀλλὰ στεφάνων καὶ κολάσεων. Τότε, κἂν παρθένος ἦ τις οὐκ ἔχουσα ἑλασιον ἐν ταῖς λαμπάσιν, οὐ δυνήσεται παρ' ἑτέρων λαβόν, ἀλλ' ἐξῶ μανεί· κἂν ῥοπαρὰ τις ἱράττα ἐνδεδυμένη παραγένηται, οὐ δυνήσεται ἐξελεθῶν ἀμείψαι τὴν στολήν, ἀλλ' εἰς τὸ τῆς γενένης ἀπαχθήσεται πῦρ· κἂν αὐτὸν παρακαλῆ τὸν Ἀβραάμ, οὐδὲν αὐτῷ πλέον ἐσται λοιπόν. Τῆς γὰρ κυρίας παραγενομένης, καὶ τοῦ βήματος τεθέντος, καὶ τοῦ δικαστοῦ καθίσαντος, καὶ τοῦ ποταμοῦ συρομένου τῆς φλογός, καὶ τῆς ἐξετάσεως γενομένης τῶν πεπραγμένων ἡμῶν, οὐκίτι λοιπὸν ἀπεκλύσασθαι ὁ τὰ πλημμελήματα συγχωρούμεθα, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ὀφειλομένην ἀπὸ τούτων δίκην καὶ ἔκοντες καὶ ἔποντες ἐλκόμεθα μόνον, οὐδενὸς ἡμᾶς ἐξαιτήσασθαι τότε δυναμένου, ἀλλὰ κἂν τύχη τὴν αὐτὴν τοῖς μεγάλους καὶ θαυμαστοὺς ἀνδράσι περῆσιον ἔχων τις, κἂν Νῶε, κἂν Ἰώβ, κἂν Δανιήλ, κἂν ὑπὲρ παιδῶν ἔδηται καὶ θυγατέρων, οὐδὲν ἐσται πλέον, ἀλλ' ἀνάγκη λοιπὸν ἀθάνατα κολάζεσθαι τοὺς ἡμαρτηκότας, ὡσπερ οὖν καὶ τιμᾶσθαι τοὺς κατωρθωκότας. Ὅτι γὰρ οὕτε τούτων οὕτε ἔκεινον τέλος ἐσται, ὁ Χριστὸς ἀπεσφάτατο, ὡσπερ τὴν ζωὴν αἰώνιον, οὕτω καὶ τὴν κλάσιν αἰώνιον εἶναι λέγων. Ὅτι γὰρ τοὺς μὲν ἐκ δεξιῶν ἀπιδέξατο, τοὺς δὲ ἐξ εὐωνύμων κατεδίκασεν, ἐπήγαγε λέγων· Ἄπελεύσονται οὗτοι εἰς κλάσιν αἰώνιον, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. Διὸ χρὴ πάντα ἐνταῦθα πραγματεῦσθαι, καὶ τὸν ἔχοντα γυναῖκα ὡς μὴ ἔχοντα εἶναι, καὶ τὸν ὄντως οὐκ ἔχοντα μετὰ τῆς παρθένιας καὶ τὴν ἄλλην ἀπεσον ἀσκειν ἀρετῆν, ἵνα μὴ μετὰ τὴν ἐνθῆνδὲ ἀποδημῶν ἀνόνητα ἀποδουρῶμεθα.

<sup>c</sup> Savil. in marg. ἀποδοσέσθαι. Infra Savil. in marg. ἐλκόμεθα, οὐ μόνον οὐδενὸς ἡμᾶς ἐξέλασασθαι.

## IN DUOS SEQUENTES AD VIDUAM JUNIOREM TRACTATUS

## MONITUM.

[356] Inter præstantissima S. doctoris nostri opuscula commemorari debent hi duo seu libri seu tractatus, quorum prior præter pulcherrima monita, lectissimaque consolationis verba, non pauca carpiim refert, tum ad Chrysostomi vitam, tum ad historiam illius temporis opportuna. De secundo autem libro infra tractabitur. Quo tempore primus scriptus fuerit, ex ipsa auctoris narratione diligenter explorata expiscari sat commode possumus; sed antequam ejus verba adducamus in medium, quæ lam de argumento opusculi prælibanda sunt.

Theradius, vir inter primarios sui temporis conspiciuus, genere facultatibusque insignis, quem spes erat ad præfecturas peruenturum esse, ad hæc prohibitate, modestia, pietate ornatus, in ætatis flore diem obiit extremum, postquam annos tantum quinque cum uxore egerat. Quam ut consolaretur, hunc librum edidit Chrysostomus: et primo Dei singularem viduis exhibitam curam ob oculos ponit, quibus etiam viri loco esse probat: hinc honeste viduitatis dignitatem ex Pauli verbis deprædicat, deque proborum obitu gaudendum esse demonstrat: postea humanæ vitæ volubilitatem ut ostendat, exemplum affert quorundam insignium virorum, qui ad majorem everti dignitatem, præcipiti violentaque morte sublati sunt. Nec iis beatiore esse ait imperatores, sed quo majore fortuna evehuntur, eo gravioribus calamitatibus impeti. *Atque ut vetera omitamus, inquit, ex iis omnibus qui ævo nostro imperarunt, fuerunt autem novem, duo solum communi morte vitam clauserunt. Reliquorum autem hic quidem a tyranno, ille vero in bello, alius domesticorum custodum insidiis, alius autem ab illo ipso, qui coronam ac purpuram imposuerat, interfectus occubuit. Uzores porro eorum partim, ut narrant, veneno interierunt, partim mænore. Earum vero, quæ adhuc superstites sunt, altera quidem filium habens pupillam tremis ac metuit ne quis eorum, qui imperant, metu futurorum eum de medio tollat; altera vero vix multorum precibus ab exsilio rediit, quo antea ab eo, qui rerum potiebatur, missa erat. Quod ad eorum autem, qui nunc imperant, uzores, altera ex pristinis calamitatibus respirans, voluptati magnum habet dolorem admistum, eo quod qui rerum potitur nimis juvenis ac inexperus sit, multoque habent undique insidiantes: altera vero timore examinata iis, qui capite damnati sunt, miseriore vitam ducit, eo quod vir ipsius ab eo*

*tempora, quo diadema suscepit, usque ad hodiernum diem in bello et præliis versetur, verecundique et probris, quibus undique afficitur, magis quam ex calamitatibus, tabescat. Deinde postquam multa interposuit de barbaris seu Gothis, imperium Romanum invadentibus insultantibusque, multa quoque strage cuncta replentibus, sic prosequitur: *Ecquid vero mirum, si multi ex ducibus hoc modo interierunt, quando et imperator ipse in vico quodam cum paucis militibus conclusus, exire quidem et sese invadentibus opponere minime ausus est, sed intus manens accenso ab illis igne una cum iis omnibus, quos secum habebat, combustus est; nec viris solum, sed etiam equis et trabibus et muris et omnibus in unum atque eundem cinerem abeuntibus?**

In hisce postremis Chrysostomi dictis miserandam Valentis imperatoris necem describi liquidum est. Accidit illa anno 378, v Idus Augusti, atque adeo post hoc tempus emissa fuit hæc ad viduam juniorem prænesis. Ut porro ex aliis ejus verbis editi opusculi annum subtilius exploremus, singula ordine persequamur oportet. *Ex novem, inquit, qui nostro ævo imperarunt, ἐπὶ τῆς γενεᾶς τῆς ἡμετέρας, duo soli communi morte vitam clauserunt. Ii novem imperatores esse videntur, Constantius, et filii ejus Constantinus, Constantius et Constans: posteaque Gallus, qui licet Cæsar tantum fuerit, hic tamen memoratur trucidatus ab eo, qui ipsi purpuram imposuerat, nempe Constantio; sextus Julianus, septimus Jovianus, octavus Valentinianus I. nonus Valens. Nam quod Constantinum dicat mortuum ἐπὶ τῆς γενεᾶς τῆς ἡμετέρας, ævo nostro, vel ad litteram, generatione nostra, etiamsi is ante Chrysostomi ortum obierit, nihil mirum. Etenim præterquam quod in more est ea ævo nostro dicere facta, quæ patrum nostrorum tempore contigerunt, id apud ipsum Chrysostomum usitatum reperimus, qui homilia xv ad Philippenses dicit Faustæ uxoris Constantini necem suo tempore contigisse, ἐπὶ τῶν χρόνων τῶν ἡμετέρων. Ex iis itaque novem imperatoribus [357] duo soli communi morte vitam clauserunt, videlicet Constantinus et Constantius ejus filius. Ex reliquis vero alius a tyranno occisus est, nempe Constans a Magnentio; alios in bello perit, nimirum Constantinus junior; alius domesticorum custodum insidiis: is est Jovianus, qui, ut refert Suidas, venenato cibo ex-*

stinetus est, μόκητα παραμαχημένον φαγόν, quod ipse Chrysostomus confirmat hom. xv ad Philipenses, ὑπὸ δηλητηρίων ἀνήητο φαρμάκων. Alius ab illo ipso, qui purpuram imposuerat, scilicet Gallus Caesar a Constantio. Hactenus Chrysostomus, qui in recensione reliquorum trium violentam mortem tacet, Juliani nempe, qui cum Persis pugnant occisus est; Valentiniani primi, qui cum Quadorum legatis responderet iratus, profluvio sanguinis suffocatus derepente interit, et Valentis, quem postea narrat a Gothis combustum.

Quod spectat autem ad defunctorum imperatorum uxores, quas partim veneno, partim mœrore extinctas dicit, nullam hæc in re historici nobis lucem ministrant. Ex dualibus autem quæ supersites erant, quæ pupillo filio timebat ne quis imperatorum eum meta futurorum de medio tolleret, videtur omnino esse uxor Joviani, cujus filio Varoniano jam oculus alter effossus fuerat, ne videlicet paternum imperium affectaret, atque eo spectat illud φῶβος τῶν μελλόντων, metu futurorum, ne scilicet paterno jure imperator acclamari posset. Hæc quippe ad Justinam et filium ejus Valentinianum quadrare non possunt, quippe qui, licet tenellus, imperator acclamatus jam fuerat, et ex familia imperatoria tunc imperante erat. Altera vero imperatoris cujusdam defuncti uxor, quæ vix multorum precibus ab exsilio redierat, quænam sit, haud ita facile statui potest, an Valentis uxor Dominica, an potius Severa prior Valentiniani I uxor, ab illo repudiata et in exsiliū missa, quæ defuncto Valentiniano ab exsilio redierit. Hinc ad uxores tunc imperantium progreditur, quarum alia ex pristinis calamitatibus respirans, mœrendi causam habuit quod conjux ejus junior atque inexpertus esset: hæc videtur esse Constantia Constantii filia, cujus conjux Gratianus vix annorum viginti tunc erat; altera vero, quæ conjugi metuebat, quotidie in bellis atque periculis versanti, Flacilla haud dubie erat, uxor Theodosii imperatoris.

Jam ut calculum ponamus, a necē Valentis exordium ducendum est; ea contigit anno 378, mense Augusto. Insequenti anno 379, mense Februario, Theodosius a Gratiano imperator proclamatus est, atque exinde cum Gothis sæpe conflixit, usque ad

annum 382, quo atrix res Colborum fuerunt. Dum hæc vero scriberet Chrysostomus, Gothi adhuc ferociebant, Romanisque formidolosi erant, ut ille ait, Θεοδοσίωσque in bello et praeliis versabatur. Hæc probe competere possunt in annum 380, quo vertente circiter ex spelunca, ubi biennio delituerat, Antiochiam rediit Chrysostomus, vel in sequentem 381. Certe omnes supra recensitæ notæ ad hoc tempus optime quadrant, ad aliud vero minime.

Restat ut de sequenti ad viduam tractatu agamus. Si titulo fides habeatur, ad eandem viduam, nempe Therasii uxorem, hunc etiam misit Chrysostomus: sic quippe legitur in omnibus cum editis, tum manuscriptis, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὴν αὐτὴν περὶ μοναυδρίας, ejusdem ad eandem de non iterando conjugio. Illic quoque sententiæ favere videtur argumenti genus: nam de juniore vidua agitur, quæ semel nupsit, quæ ambo Therasii uxori competunt. Verum hic non viduam aliquam juniorem alloquitur, sed omnes simul viduas concionantis more non iterandi conjugii causas docet: licet enim secundæ nuptiæ culpandæ non sint, non sunt tamen laude dignæ, ac nonnullam incontinentiæ notam præ se ferunt. Orationem vero claudit, ut in homilibus solet: *Hæc, inquit, non quo necessaria judicaremus, attulimus, aut quo illas, quæ in viduitate permanere nolant, condemnaremus, sed hoc unum cohortatione admonitioneque nostra agentes, ut ne terræ perpetuo affixæ hæreere velint, sed semel solutæ in libertate maneant, ad cælum aspirent, cœlestem vivendi rationem adhibeant, ac junctæ Christo ea omnia præstent, quæ iis conveniunt, quæ tantum nactæ sunt sponsum: quoniam ipsum decet omnis gloria, honor, etc.* Hæc concionis epilogum esse nemo non videt. Quare vel in titulo illud πρὸς τὴν αὐτὴν, ad eandem, a librario quodam temere adjectum est: vel si eam orationem ad Therasii uxorem vere miserit Chrysostomus, ipsam postea homilicæ more concinnatam in cœtu recitaverit. Ut ut vero sit, opportune ponitur post orationem ad Therasii uxorem, quia est ejusdem argumenti, nec debuit moveri loco.

Flaminii Nobilii interpretationem, utpote accuratam nec inelegantem, aliquot tamen in locis emendatam, e regione Græci textus posuimus.

## AD VIDUAM JUNIOREM.

1. Gravem te quidem accepisse plagam, atque ad maxime vitalem partem jaculum superne immissum pervenisse omnes sane tibi consenserint, ac nemo ne ex iis quidem, qui valde philosophi sunt, contradixerit: verum quoniam male acceptos non in luctu ac lacrymis omne suum tempus consumere oportet, sed vulnere quoque curationi plurimum operæ studique navare, ne, si despecta fuerint, majorem ipsismet lacrymis afferant plagam, atque ipso luctu vehementiorem flammam excitent: æquum profecto fuerit te eam quæ per sermones adhibetur consolationem non repudiare, ac lacrymarum fluxus parumper coercentem ad breve saltem tempus iis etiam, qui te consolari aggrediuntur, te ipsam dare. Hæc enim causa est, cur et nos non in ipso luctu vigore, neque simul ac fulmen decidit, obturbaremus, sed cunctantes toto hoc intermedio tempore; ac permittentes te satiari fletu, quando jam a caligine illa paululum oculos attollere; atque aures iis, qui te consolari tentarent, præbere potuisti, tunc ipsi quoque post ancillarum sermones nostra adjungeremus. Nam cum adhuc tempestas magna est, et luctus viget, qui dolorem deponere suadet, is ejulatum magis provocat, nihil aliud lucti reportans, quam odium, multamque materiem ejusmodi oratione suppeditat igni, simulque de se et inimici et stulti hominis offert opinionem: verum quando jam æstus ille desiderare coepit, ac violentiam fluctuum sedavit Deus, facile orationis vela pandemus. Nam mediocri quidem tempestate poterit fortasse ara suam officiam facere: ac cum ventorum impetus invictus fertur, nihil loci est peritice. His adducti causis toto superiore tempore siluimus, ac vix nunc emittre vocem aggressi sumus. Audivimus enim a patruo tuo, confidendum posthac esse: nam et famulas, quæ peno honoratior sint, audere de his robustis prolixos inferre sermones, imo externas quoque mulieres, atque eas quæ aut genere tibi cognatæ, aut alia quavis ratione ad hoc munus obeundum sint idoneæ. Quod si illarum sermone admittis, valde confidimus ac pro certo habemus fore ut nostros non contempnas, sed quietem ac tranquillitatem, quoad poteris, ipsis audiendis adhibeas. Sane mulieribus sexus proclivior quodammodo ad concipiendum dolorem est: ac cum præterea juvenus adest, et viduitas immatura, et nullus negotiorum usus, et curarum magna moles, atque omne pristinum tempus in deliciis, hilaritate, divitiis insuuptum est, multis partibus major redditur

calamitas, ut, nisi supernum adsit auxilium, periculum sit ne a qualicumque irruente cogitatione dejiciatur: quod equidem vel præcipuum ac maximum divinæ erga te curæ indicium censuerim. Nam quod tot repente concurrentibus malis non te ægritudo absorberit, nec de naturali mentis statu sis deturbata, non id humani alicujus auxilii fuit, sed Omnipotentis illius manus, sed intelligentiæ illius cujus non est numerus, sed prudentiæ illius loco se investigari non potest, sed Patris misericordiarum, ac Dei totius consolationis. Ipse enim, inquit, *verberavit nos, et ipsa sanabit nos; percutiet, et turabit et sanos faciet nos* (Osæ 6. 2).

*Viduis Deus viri loco est.* — Quamdiu enim tecum una vivebat bestus ille vir, capiebas quidem fructus honoris, curæ, studii; capiebas autem, quales ex homine capere par erat: quoniam vero illum ad se vocavit Deus, ipse nunc illius loco se tibi substituit. Neque hoc meum est, sed beati prophætæ Davidis, qui ita inquit, *Pupillum et viduam suscipiet* (Psal. 145. 9); et alibi ipsum vocat patrem pupillorum, et iudicem viduarum (Psal. 67. 6), omninoque hoc hominum genus magnæ ipsi curæ esse videlicet.

2. Cæterum ne hoc nomen assidue usurpatum animum tibi dejiciat, ac fationem perturbet reputanti in ipso ætatis flore illud te subisse, de hoc tibi primum dissereudum propositi, atque ostendendum, non calamitatis nomen esse nomen viduitatis, sed honoris, et honoris quidem usum. Neque enim tu mihi vulgi depravatam opinionem in testimonium afferas, sed beati Pauli, vel potius Christi decretum ac legem. Quæ enim ille loquebatur, hæc per ipsum pronuntiabat Quæritis, quemadmodum et ipse dixit, *An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christi* (2. Cor. 13. 5)? Quid igitur inquit? *Vidua eligatur non minus sexaginta annorum*, et rursus, *Adolescentiores autem viduas desita* (1. Tim. 5. 9. 11), utroque hoc præcepto rei nobis magnitudinem indicans. Nam de episcopis quidem præcipiens nullibi numerum annorum statuit, hic autem magnam adhibet accuracionem. Quid ita? Non quod viduitas sacerdotio major sit, sed quoniam majorem ipsæ quam illi labore sustinent, multis undique negotiis illas circumvenientibus publicis et privatis. Etenim quemadmodum civitas mœnibus non circumdata potest exposita omnibus, quicumque diripere eam voluerint: ita et puella in viduitate ætatem degens multos habet qui undique insidentur, non solum eos qui pecuniis animum ad-

## ΕΙΣ ΝΕΩΤΕΡΑΝ ΧΗΡΕΥΣΑΣΑΝ <sup>[338]</sup>

α'. Ὅτι μὲν χαλεπὴν ἑλαβε τὴν πληγὴν, καὶ ἐν καιρῷ τὸ παμφθὸν καὶ ἀνωθεν ἐδέξω το βίος, ἅπαντες ἂν σοι συνομολογήσαιεν, καὶ οὐδὲ τῶν σφόδρα φιλοσοφούντων οὐδεὶς ἀντερεῖ· ἐπεὶ δὲ τοὺς πληττομένους οὐκ εἰς πένθος καὶ δάκρυα τὸν ἅπαντα χρόνον ἀναλίσκειν δεῖ, ἀλλὰ καὶ τῆς θεραπείας τῶν τραυμάτων πολλὴν ποιῆσθαι τὴν πρόνοιαν, ὥστε μὴ παροφθέντα β μελίζονα τοὺς δάκρυσι παρασχέειν τὴν πληγὴν, καὶ τῆς δόξης σφοδρότερον τὴν φλόγα ἐργάσασθαι, καλὸν καὶ τῆς διὰ τῶν λόγων ἀνασχέσθαι παρακλήσεως, καὶ τοὺς κρουνοὺς μικρὸν ἀνασχούσαν τῶν δακρύων χρόνον γοῶν βραχύνει καὶ τοὺς παραμυθισθῆναι σε ἐπιχειροῦσι παρασχέειν σεαυτὴν. Διὰ γὰρ τοῦ τοῦτο καὶ ἡμεῖς οὐ παρ' αὐτὴν τὸ πένθος τὴν ἀκμὴν, οὐδ' ἅμα τῷ κατενεχθῆναι τὸν σκηπτὸν ἠνωχλήσαμεν· ἀλλ' ἀναμεινάντες τὸν ἐν μέσῳ τουτοῦ χρόνον, καὶ συγχωρησάντες ἐμπλησθῆναι σε τὸν ὄδυρμόν, ὅτε λοιπὸν καὶ διαστέψαι μικρὸν ἀπὸ τῆς ἀχλύος ἐκείνης, καὶ εὐ ἀκοῆς παρανοεῖαι δευθύνουσι τοὺς σε παρακαλεῖν περρωμένους, τότε καὶ αὐτοὶ μετὰ τοὺς τῶν θεραπευμένων λόγους καὶ τὰ παρ' αὐτῶν προστεθεικάμεν. Ἐπι μὲν γὰρ τοῦ χειμῶνος θύτος σφοδρῶς, καὶ πολλοῦ τοῦ πένθους κένοντος, ὁ παρακαλῶν ἀποσχέσθαι τῆς λύπης πλέον ἂν παρῶμεν πρὸς τὰς οἰμαγὰς, καὶ τὸν ἐπιβῆναι κερδῶνα μόνον ἕλην ἂν πολλὴν τοὺς τοιοῦτους λόγους παρέσχε τῷ πυρὶ μετὰ τοῦ καὶ ἔχθρου καὶ ἀνοήτου δόξαν λαβεῖν· ἐπειδὴ δὲ λοιπὸν ἤρξατο λήγειν ἡ ζάλη, καὶ τοῦ τῶν κυμάτων ἄγριον κατεστέρεσαν ὁ θεός, εὐκόλως τὸ λόγον μὰ ἰστίᾳ ἀναπετάσομεν α'. Ἐν συμμέτρῳ μὲν γὰρ χειμῶνι δυνήσεται ἰσως ἡ τέχνη ποιῆσαι τὸ ταυτῆς· ἔταν δὲ ἀμαχος ἢ τῶν πνευμάτων ἢ προσβολῆ, τῆς ἐμπειρίας θηλαος οὐδέν. Διὰ ταῦτα πάντα τὸν ἐμπροσθεν χρόνον σιγήσαντες, μόλις καὶ νῦν ἐπιχειρήσαμεν ῥῆξαι φωνὴν, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ θεοῦ ἠκούσαμεν τοῦ σοῦ, ὅτι λοιπὸν χρὴ θαρρῆναι καὶ γὰρ καὶ τῶν θεραπευμένων τὰς ἐν τιμῇ κατατομῶν ὑπὲρ τούτων μακροῦς ἀποτεινῆναι λόγους, τὰς εἰς ἔξωθεν γυναικάς, καὶ τὰς γένει προσηκούσας, καὶ τὰς ἄλλας πῶς ἐπιτηδεύεις ἔχουσας. Ὅτι δὲ τοὺς παρ' ἐκείνων δεχομένη λόγους οὐκ ἀτιμάσεις τοὺς παρ' ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ ἠσυχίαν καὶ ἀταραξίαν παρέξεις αὐτοῖς κατὰ θύναμην, σφόδρα θαρρόμεν καὶ πεπιστευκάμεν. Καὶ ἄλλως μὲν οὐ τὸ γυναικίον γένος ἐπιβρῆπτερόν πῶς ἔστι πρὸς συμπόθειον· ἔταν δὲ καὶ νεότης προσῆ, καὶ χηρεῖα ἄωρος, καὶ πραγμάτων ἀπειρία, καὶ φροντίζων ἄγλος πολὺς, καὶ τὸ ἐν τρυφῇ καὶ εὐθυμίᾳ καὶ πλοῦτι

τὸν ἐμπροσθεν ἅπαντα τετράφθαι χρόνον, πολλὰ πλείστον γίνεται τὸ δεινόν, κἂν ἡ τοῦτο παθοῦσα μὴ τῆς ἀνωθεν [339] τύχῃ ῥοπήσῃ, καὶ ὁ τυχιῶν αὐτὴν λογισμὸς καταλύσῃα δυνήσεται<sup>4</sup>, ὅπερ πρῶτον καὶ μέγιστον τῆς πολλῆς περὶ αὐτῆς τοῦ θεοῦ κτβεμονίας τίθεμαι εἶναι τεκμηρίον. Το γὰρ τοσοῦτον συνδραμόντων ἐξαίφνης κακίων μὴ ἀποπνιγῆναι τῆ λύπῃ, μὴδὲ τῶν κατὰ φύσιν ἐκστῆναι φρονεῖν, οὐκ ἀνθρωπίνως τινὸς βοηθείας ἦν, ἀλλὰ τῆς τὰ πάντα δυναμένης χειρὸς, τῆς συνέσεως, ἧς οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς, τῆς φρονήσεως, ἧς οὐκ ἔστιν ἐξέυρεσις, τοῦ Πατρὸς τῶν οὐκτιμῶν καὶ θεοῦ πάσης παρακλήσεως. Αἰθερὸς γὰρ *πέπαικεν ἡμᾶς*, φησί, καὶ *ἰδσεται ἡμᾶς κατάξει*, καὶ *μοτώσει ἡμᾶς καὶ ὀργίσει ἡμᾶς*.

Ἔως μὲν γὰρ σοι συνῆ ὁ μακάριος ἐκεῖνος ἀνὴρ, ἀπλάους α' μὲν τιμῆς καὶ φροντιδὸς καὶ σπουδῆς, ἀπλάους δὲ ἰσας παρὰ ἀνθρώπου ἀκολουθεῖν εἰδὸς ἦν· ἐπειδὴ δὲ ἐκεῖνον ἑλαβε πρὸς αὐτὸν ὁ θεός, ἀνι' ἐκείνου σοι γέγονεν αὐτός. Καὶ οὐκ ἔμψ οὗτος ὁ λόγος, ἀλλὰ τοῦ μακαρίου προφήτου Δαυὶδ<sup>5</sup> φησὶ γάρ· Ὅργον καὶ χηρὰ ἀναλήθηται. Καὶ ἀλλαγοῦ<sup>6</sup> ἢ δὲ αὐτὸν πατέρα καλεῖ τῶν ὀρφανῶν, καὶ κριτὴν τῶν χηρῶν· οὗτω πολλὴν ὑπὲρ τούτου τοῦ γένους παραλαχῶ ποιούμενον αὐτὸν δεῖαι τὴν σπουδῆν.

β'. Ἴνα δὲ μὴ συνεχῶς τοῦτο λεγόμενον τὸ ὄνομα στρέφῃ σου τὴν ψυχὴν, καὶ συγχέῃ σου τὸν λογισμὸν, ἐν αὐτῷ τῆς ἡλικίας τῷ θθει ἐπιλθόν, ὑπὲρ τούτου διαλεχθῆναι βούλομαι πρῶτον καὶ δεῖξαι ὅτι οὐ συμφερῶς, ἀλλὰ τιμῆς ἔστιν ὄνομα [τὸ τῆς χηρείας ὄνομα], καὶ τιμῆς τῆς μεγίστης. Μὴ γὰρ μοι τὴν τῶν πολλῶν δόξαν τὴν πεπλανημένην εἰς μαρτυρίαν ἀγάγης, ἀλλὰ τοῦ μακαρίου Παύλου, μὲλλον δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν νομοθεσίαν. Ἄ γὰρ ἐκεῖνος ἐπρόβλεπε, ταῦτα ὁ Χριστὸς ἐλάλει δι' αὐτοῦ, καθὼς καὶ αὐτὸς ἔλεγεν, *Εἰ ὁ δοκιμῆν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἡμοῖς λαλοῦντος Χριστοῦ*; ἢ οὐν φησι; *Χηρὰ καταλεγέσθω μὴ ἑλαττον ἐτῶν δέξησθαι γαστρονῖα* καὶ *πάνιν Νευτέρας δὲ χηρὰς παραίτου*· δι' ἀμφοτέρων τοῦ πράγματός ἡμῶν τὸ μέγεθος· παραστῆσαι βουλόμενος. Καὶ περὶ μὲν ἐπισκόπων διατακόμενος οὐδαμῶς τίθησιν ἐτῶν ἀριθμὸν, ἐνταῦθα δὲ πολλὴν ποιεῖται τὴν ἀριστείαν. Τί δῆποτε; Οὐχ ὅτι ἡ χηρεῖα μείζων ἰερωσύνης ἔστιν, ἀλλ' ὅτι μελίζονα αὐτὰ πένον ἐκείνων ἔχουσαι, πραγμάτων αὐτὰς πολλῶν παραλαχθῆν περιβρῆδόντων, δημοσίων καὶ ἰδιωτικῶν. Καθάπερ γὰρ πόλις ἀεχίσιτος εἰς μέσον ἅπασι τοῖς βουλομένοις ἀρπάξαι πρὸς αὐτήν, οὕτω καὶ κόρη χηρεῖα συζῶσα πολλοὺς ἔχει πανταχόθεν τοὺς ἐπιβουλεύοντας, οὐ τοὺς τῶν χρημάτων αὐτῆς ἐπιτιμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς τὴν σωφροσύνην αὐτῆς

<sup>4</sup> Collata cum codice Colbertino 974 et cum edit. Savil. Colberti et Morel. habent χηρεῖσασα. Savilius in textu χηρεῖσασαν. in marg. χηρεῖσασαν. Paulo post initium vol ante ἀνωθεν deest in Colbert.

<sup>5</sup> Colb. παροφθέντων.

<sup>6</sup> Sic Morel.; Colb. et Savil. ἀναπετάσομεν.

<sup>4</sup> Sic Colb. Morel. et Savil. in marg., Savil. in textu καταλόγος δυνήσεται.

<sup>5</sup> Sic Savil. melius quam Morel. et Colb. qui habent ἐπιδουεῖν bis.

<sup>6</sup> Savil. et Colb. καὶ μέγας.

<sup>7</sup> Savil. et Morel. et, Colb. ἢ.

διαφθείραται επαύθοντα. Καὶ οὐ ταύτας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρας πρὸς τὸ πασιεν αὐτὴν ἀφορμὰς προσγενομένας εὐρήσομεν. Καὶ γὰρ οἰκταί καταφρονούντες, καὶ πράγματι ἀμελοῦμενα, καὶ τὸ μῆκεν ἐν τῇ προτέρᾳ εἶναι τιμῆ, καὶ τὸ τὰς ὀμῆλικας εὐπραπτοῦσας ὄρῃν, πολλάκις δὲ καὶ τὸ τρυφῆς ἐπιθυμεῖν, δευτέρως αὐτὰς ἐπίσειεν ὀμῆλῃσαι γάμοις.

Εἰσὶ δὲ αἱ νόμιμοι μὲν γάμοι οὐκ ἐθέλωσι συγγενέσθαι τοῖς ἀνδράσι, λάθρα δὲ καὶ μετὰ τοῦ κρύπτεσθαι. [340] Τοῦτο δὲ ποιοῦσιν, ἵνα τὰ ἐγκώμια τῆς χηρείας καρποῦσονται· οὕτως οὐκ ἐπονεῖσθαι, ἀλλὰ θαυμαστον καὶ τιμῆς ἄξιον τὸ πρᾶγμα παρὰ ἀνθρώποις εἶναι δοκί, οὐ παρ' ἡμῖν μόνον τοῖς πιστοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀπίστοις αὐτοῖς. Καὶ γὰρ ἐγὼ ποτε νεὸς ἔτι ὢν, τὸν σοφιστὴν τὸν ἐμὸν (πάντων δὲ ἀνδρῶν δευδαιμονιστέρος ἐκείνος ἦν) οἶδα ἐπὶ πολλῶν τὴν μητέρα τὴν ἐμὴν θαυμάζοντα. Τῶν γὰρ παρακαθημένων αὐτῷ πυνθανόμενος\*, οἷα εἶπθε, τίς εἶην ἐγὼ, καὶ τίνας εἰπόντος, ὅτι χήρας γυναικὸς, ἐμάνθανε παρ' ἐμοῦ τὴν τε ἡλικίαν τῆς μητρὸς καὶ τῆς χηρείας τὸν χρόνον ὡς δὲ εἶπον, ὅτι: ἐτῶν τεσσαράκοντα γεγονυῖα εἴκοσιν ἔχει λοιπὸν, ἐξ οὗ τὸν πατέρα ἀπέβαλε τὸν ἐμὸν, ἐξεπλάγη, καὶ ἀνεβόθης μέγα, καὶ πρὸς τοὺς παρόντας ἰδὼν Βαβαί, ἔφη, οἶαι παρὰ Χριστιανὸς γυναικὸς εἶαι. Τοσούτου οὐ παρ' ἡμῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς ἔξωθεν ὁ πρᾶγμα ἀπολαύει τοῦ θαύματος καὶ τοῦ ἑπαιτοῦ. Ἄπερ ἅπαντα συνιδὸν ὁ μακάριος Παῦλος, ἔλεγε· *Χίρα καταλεγέσθω, μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἐξήκοντα γεγονυῖα*. Καὶ οὐδὲ μετὰ τὴν τοσαύτην τῶν χρόνων μαρτυρίαν ἀφίησιν αὐτὴν εἰς τὸν ἅγιον τοῦτον ταχῆναι χορὸν, ἀλλὰ καὶ ἕτερα προστίθησι λέγων, *Ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς μαρτυρομένη, εἰ ἑτεκροτέρωθεν, εἰ ἐξαινοδοῦσιν, εἰ ἀγιῶν πόδας ἐνίψην, εἰ ὀλιγομέτροις ἐπήρκεσεν, εἰ παρὶ ἔργων ἀγαθῶν ἐπαικτοῦσθαι. Βαβαί τῆς δοκιμασίας καὶ τῆς βραδύου, ὅσην παρὰ τῆς χήρας ἀπαιτεῖ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν ἀκριβολογεῖται! οὐκ ἂν τοῦτο ποιήσας, εἰ μὴ πρᾶγμα τίμου καὶ σεμνὸν ἐμελλεν ἐμπιστεύειν αὐτῇ. Καὶ, *Νεωτέρως δὲ, φησὶ, χήρας παραιτοῦ. Εἶτα καὶ τὴν οἰκτιαν προστίθησιν: Ὅταν γὰρ καταστρηγιάσῃσι τοῦ Χριστοῦ, γαμῖν θέλωσι. Διὰ τοῦτου γὰρ ἡμῖν τοῦ βήματος αἰνέτταται, ὅτι αἱ τοὺς ἀνδρας ἀποβαλοῦσαι ἀντ' ἐκεῖνων ἀρμόττονται τῷ Χριστῷ. Ὅρα πῶς δεκτικὸς ἔστι ἡ ἀρμονία ταύτην ῥήματα οὕσαν καὶ ἐπεικῆ, τοῦτο τίθησι· λέγει δὲ τὸ, Ὅταν γὰρ καταστρηγιάσῃσι τοῦ Χριστοῦ, γαμῖν θέλωσι, καθάπερ τινὲς ἀνδρὸς ἐπισκοῦς, καὶ οὐ μετ' ἐξουσίας αὐταῖς κεχρημένου, ἀλλ' ἐκώτους ἐν ἐλευθερίᾳ ἔσθιν. Καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων τὸν λόγον ἔσθησεν, ἀλλὰ καὶ ἐτέρωθεν πάλιν πολλὴν ὑπὲρ αὐτῆς τὴν φροντίδα πεποιητὰ λέγων· *Ἦ δὲ σπλαγχνῶς ἔωσα τέθνηκεν ἢ δὲ ἔντως χίρα καὶ μεμωμένη ἤλπισεν ἐπὶ τὸν Θεόν, καὶ προσμένει ταῖς δεήσεσι***

habeas, quam omnia, quæ in orbe terrarum sunt, ea conditione, ut una cum illis te quoque alteri subicias? Mitto nunc curas, contumelias, convicia, zelotypias, inanes suspiciones, dolores parienti, et reliqua id genus. Hæc enim recte tunc afferuntur, cum ad virginem sermo habetur, quippe quæ rudis atque imperita est hujusmodi difficultatum; viduæ autem si narrantur molestiam potius affercut. Quæ enim usu ipso optime didicit, ea si ipsam verbis docere velis, frustra operam sumas. Illud tantum addere par est, eam quæ virgo nupsit, multo majore cum libertate ac fiducia viro usuram, quam quæ post viduitatem. Nam hæc qui acceperit, ut uxorem amare potest, ut virginem ductam non potest. Quam vero amores illi his vehementiores, et magis quodammodo insani sint, nemini non exploratum est. Viduam autem tanquam viri non omnino insciam minime toto animo complectetur atque amat. Omnes enim fere homines solemus sive zelotypia, sive inanis gloriæ studio, sive nescio qua alia causa adducti eas res præcipue in amore habere, quibus antequam in aliorum potestatem venerint fruimur, quarumque nos primi ac soli domini sumus. Id et in vestimentis usuvenire animadvertas; non enim ea, quibus alii usi sunt, æque cara habemus atque illa quibus nemo. Idem in domo, idem in vasis: domum enim nobis ab alio datam non parinde amamus, atque illam, quam nobis ipsi paravimus: ac vasis, quæ nuper facta sunt nobisque primum usui fuerunt, valde præctus, magnamque illis conservandis studium impendimus; quæ autem ab aliis ad nos venerint, non magnopere in deliciis habemus, sed adeo aversamur, ut sæpe in aliam convertamus formam. Quod si in domo, in veste, in vasis hoc animo sumus, cogites velim, in uxore, qua nihil hominibus pretiosius est, quanto vehementius nos afflicti consentaneum sit. Nam alia quidem nec iis, qui cupiunt, recusamus communicare: hæc autem minime fas est, ac citius vitam profundemus, quam id ferre animum inducamus. Virginem igitur ut dicebam, utpotè intactam et sibi propriam omni animi impetu complectetur, eam vero, quæ alteri prius consuevit, non æque benevolens atque amicis oculis aspiciet.

6. Neque in mihi, quæ raro ac vix semel eveniunt, afferas, sed quæ quotidie in communi vita cernuntur. Neque vero hæc solæ causæ sunt, cur illa fidentius agat, verum etiam aliæ multæ. Nam viduæ quidem maritus facile exprobrare poterit, se quoque ab illa parvi fieri, ac despectus indicium proferre infidelitatem, quam erga priorem virum adhibuit, atque ita os illi obstruere, idque tam de præteritis rebus, quam de iis, quæ fortasse futuræ non sunt. Mortui enim viri contemptus, viventem quoque, ut idem sibi expectet, admonet, licet venturum non sit. Neque vero ille solus hæc perpetuo uxori obijciens erit, sed famuli etiam atque ancillæ, si minus palam, certe tacito quodam murmure sexcentis ipsam conviciis incessunt. Quod si filios impuberes ex prioris viro habuerit, quomodo illos educabit, quomodo

curabit? quibus autem pupillis non illi mæserius vivent, qui paterna omnia in alterius potestate videbunt, famulos, domum, prædia, et quod caput omnium est, uxorem? quomodo matris loco ipsam colere illi poterunt? quomodo ipsos illa filiorum loco diligere, quos cum intuetur, crubescat ac pudore suffundatur necesse sit, quibusque non omnem impendere maternum affectum potest, magna animi atque amoris parte in filios, quos ex altero suscepit, trauslata? Quid igitur, inquires, si valde tenera ætate fuerit, atque exiguo tempore frui viro poterit? Quin ad puellas hæc mihi dicta sunt, non illas, quæ jam senuerunt; nam cum illis, si ad nuptias animum adjiciant, ne verbum quidem faciam; neque enim nostra illis oratio a secundo matrimonio abstinendum persuaderet, quod neque temporis longinquitas, neque ætas, neque aliud quidquam persuadere potuit; sed ad juvenes omnis mihi est instituta oratio. Quæris igitur, quid si puella, et quæ uno tantum anno cum priore viro fuerit, alteri nubat? cur illam præferes ei, quæ viginti aut triginta annos in matrimonio egit? Non hoc meum est, sed beati Pauli: ille enim inquit: *Beatorum autem erit, si sic permanserit* (1. Cor. 7. 40). Cæteroque, tametsi illa diu cum viro vixit, tamen cum uno, eodem, ac solo, quemque ab initio accepit: hæc autem duobus se ipsam dedit, idque intra breve tempus. At non voluntate sua, inquit; nam si prior viveret, unum illam amaret, præterea neminem: nunc quando immatura morte sublatu est, necessario alteri jungitur. Sed qualis est hæc necessitas? Ego enim hæc quam affers aliam longe majorem video, quæ ipsam mortuo viro contentam esse suadet, nimirum gustando percipere, quantum amari insit in rebus mundanis. Nam quæ in ipsis perditu versata et satiata est, ad eandem rursus se conferet, quasi similes inventura: quæ autem principia ipsa adeo molesta experta est, quid sibi volens, aut sperans, molestiarum periculum faciet? Nam si quis ad mercaturam animum appulit, si antequam quidquam lucri faciat, simul ac e portu exiit, naufragium fecit, non facile mercaturam posthac exercebit; ita consentaneum est, hæc multa sibi e matrimonio jucunda pollicentem, verum antequam ad ea bene percipienda pervenire queat, tantum luctum deprehendentem, rerum humanarum amorem, nisi valde sit intemperans, deponere. Quinetiam si valde iis afficiatur atque inhiat, principii tamen injunctas satis idonea est, quæ omnem exstinguat cupiditatem. Tunc enim in iis, quæ suscepimus, potissimum perseverare consuevimus, cum principia ipsa ex sententia processerint; quod si ab initio, atque ab ipsis, ut ita dixerim, carceribus in molestias ac difficultates incurrimus, statim cupiditas defervet, ac totum negotium deponimus. Quamobrem, quantum immatura viduitas est, hæc mihi alterum matrimonium facilis repudiaturæ verisimile videtur, ne eadem rursus perpetuatur. Nam quæ servat viduitatem, in tuto se collocabit, nec similem posthac luctum timebit; quæ sane exspectare cogitur, quæ secundo matri-

monium contraxit. Huc accedit eandem quidem esse viduitatem, non tamen eandem omnibus viduis propositam esse mercedem, sed uni ampliorem, alteri porciorem. Quæ enim ab adolescentia jugum suscepit, multo majore honore poterit, atque amplioribus muneribus; quæ autem in ipsa jam senectute, non æque atque illæ. Quid ita? Quod illa quidem, cum multa obstarent, ob Dei timorem omnia sibi perferenda doxit, huic autem nullo sudore ac labore opus fuit: quis enim labor, ubi nihil quod vinum afferat? Quemadmodum igitur, quæ scipsam alteri viro didit, ei, quæ unicum agnovit, concedat oportet: ita quæ in ipsomet ætatis flore in viduitate perseverat, longo intervallo eam, quæ in senectute virum amisit, anteibit. Atqui utraque unum habuit virum, sed hæc tamen ipsum castitatis curriculum confecit, illa vero longo abest intervallo. Igitur non ad laborem solum, sed etiam ad mercedem spectes. Sic pleraque virtutum officia difficilia nobis videntur, cum sudores atque ærumas, quæ subeundæ sunt, assidue animo versamus, neque proposita illis præmia animadvertimus.

*Una cum laboribus præmia quoque spectanda.* — Quod minime faciendum est, sed circumspicis simul laboribus ac præmiis summa subducenda; tunc autem, ut vere sunt, ita a nobis facilia judicabuntur. Nam qui in bello præclare se gerit, non vulnera dumtaxat, casus ac mortem, sed etiam tropæa, victorias cæterosque honores omnes reputans in aciem fortiter descendit: sic agricola non solum laborem, qui

arando ac foliando sumendus est, sed etiam aream ac torcularia ob oculos proponens, alacriter opera sua urget. Itidem igitur et nos spe bona ærumam viduitatis levem reddamus, atque eo magis nos quam illi, quod illis quidem multa sæpe ex iis, quæ in ipsis sita non erant, expectationem præciderunt; nostras autem spes nemo est qui confundat, nisi voluntas nostra accesserit. Quæ utinam non accedat, sed illud nobiscum cogitantes viduam a virgine non procul abesse, atque etiam interdum illam antecellere, nimirum, cum virgo negotiis se implicarit: *Vidua autem ex Pauli sententia desolata et in Deo spem ponens institerit obsecrationibus et orationibus* (1. Tim. 5. 5), atque ab hujus vitæ negotiis abstinerit. In arenam hanc descendamus ut quæ inde nos manent præmia consequamur. Hæc, non quo necessaria judicarem, attulimus, aut quo illas, quæ in viduitate permanere nolunt, condemnaremus, sed hoc unum cohortatione admonitioneque nostra agentes, ut ne terræ perpetuo affixæ hæerere velint, sed semel solutæ in libertate maneant, ad cælum aspirent, cælestem vivendi rationem adhibeant, ac junctæ Christo ea omnia præsent, quæ iis conveniunt, quæ tantum nactæ sunt sponsum: quoniam ipsum decet<sup>1</sup> omnis gloria, honor et adoratio una cum experte principii Patre ac vivifico sanctoque ipsius Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

<sup>1</sup> Quoniam ipsum decet, etc. Hæc vulgata conclusio doctæ in Collb., estque fortasse additamentum librari.

φορται τούτου μισθοῦ, ἀλλ' αἱ μὲν πλείους, αἱ δὲ ἐλάττωσιν. Αἱ μὲν γὰρ ἐν νεότητι τὸν ζυγὸν ἀναβεξάμεναι κλεινὸς ἀπολαύσονται καὶ τῆς τιμῆς καὶ τῆς δωρεᾶς, αἱ δὲ πρὸς αὐτῷ τῷ γήρῳ οὐχ ὁμοίως ἐκείναις. Τί δὲ θένομεν; Ὅτι ἡ μὲν πολλῶν [359] ὄντων τῶν κωλυμάτων διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον πάντα ἠνέσχετο, αὕτη δὲ οὐδὲ βραχὺν ἰδρῶτα ὑπέμεινεν οὐδὲ πόνον· πῶς γὰρ, οὐδενὸς ὄντος πράγματος τοῦ βίαν παρέχοντος; Ὡσπερ οὖν ἡ δευτέρῳ δοῦσα ἑαυτὴν ἐλάττων ἐστὶ τῆς τὸν ἕνα ἄνδρα ἔχούσης, οὕτως ἡ ἐν χρείᾳ μένουσα ἐν αὐτῇ τῇ νεότητι πολλῷ τῷ μέτρῳ τὴν ἐν τῷ γήρῳ τὸν ἄνδρα ἀποβαλοῦσαν ὑπερακοντίσαι δυνήσεται· καίτοι γε ἀμφοτέροις εἰς γέγονεν ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ὅμως αὕτη μὲν τὸν τῆς ἀγνείας ἔβραμε ὀρόμον, ἐκείνη δὲ πολλοὺς ἀπελείφθη τοῖς σταδίοις. Μὴ τοίνυν τὸν πόνον ἴσῃς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν μισθόν. Καὶ γὰρ τὰ πολλὰ τῶν κατορθωμάτων οὕτως ἡμῖν δύσκολα φαίνεται, ὅτι τὸν μόχθον αὐτῶν καὶ τοὺς ἰδρῶτας συνεχῶς στρέφοντες τοὺς ἀποκειμένους αὐτοὺς μισθοῦ οὐκ ἐν νῦν λαμβάνομεν. Ἄλλ' οὐχ οὕτω δεῖ ποιεῖν, ἀλλὰ πάντα ὁμοῦ λογίζεσθαι μετὰ τῶν πόνων καὶ τὰς ἀμοιβὰς, καὶ οὕτως εὐκόλα ἡμῖν φανέται, ὥσπερ οὖν καὶ ἐστὶν εὐκόλα. Καὶ γὰρ ὁ ἀριστεύς οὐ τὰ τραύματα μόνον, οὐδὲ τὰ πτώματα, οὐδὲ τὸν θάνατον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐρόπαια καὶ τὰς νίκας καὶ τὰς ἄλλας ἀπάσας ἀναλογισάμενος τιμὰς οὕτως ἐπὶ τὴν ἀριστείαν ἔρχεται· καὶ ὁ γεωργὸς δὲ οὐχὶ τὴν ἄροσιν μόνον, οὐδὲ τὸν ἐν τῷ

σκάπτειν πόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλω, καὶ τὰς ληνοὺς πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν θεῖς, οὕτω τῶν ἔργων ἐφάπτεται. Οὕτω καὶ ἡμεῖς ταῖς ἐλπίσι ταῖς χρησταῖς τὸν τῆς χρείας μόχθον ἐπακουφίσωμεν, καὶ πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς ἢ ἐκεῖνοι· ἐκείνοις μὲν γὰρ πολλὰ πολλάκις τῶν οὐκ ἐπ' αὐτοῖς καίμενων τὴν προσδοκίαν διέκοψε, τὰς δὲ ἡμετέρας ἐλπίδας οὐδεὶς ὁ κατασχύνων ἐστίν, ἂν μὴ βουληθῶμεν αὐτοί. Μὴ δὲ βουληθῶμεν, ἀλλ' ἐνοήσαντες ὡς οὐ πολλῷ τῆς παρθένου ἡ χήρα λείπεται (ἔστι δὲ ὅπου αὐτὴν καὶ ὑπερηκόντισεν, ὅταν ἡ μὲν παρθένος περιπλέκηται πράγμασιν, ἡ δὲ χήρα, κατὰ τὸν Παῦλον, *μεινωμένη καὶ ἐλπίζουσα ἐπὶ τὸν Θεὸν προσκαρτερῇ ταῖς δεήσεσιν καὶ ταῖς προσευχαῖς*, καὶ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων ἀπέχηται), ἀναβεξώμεθα τὸν ἀγῶνα τούτου, ἵνα τῶν ἐν αὐτῷ στεφάνων τύχωμεν. Ταῦτα ὑμῖν οὐκ ἀνάγκης ἐνεκεν εἴρηται, οὐδὲ, ὅπερ ἔφη, καταδικάζοντες τὰς οὐ βουλομένας χηρεύειν, ἐπὶ ταύτην ἤλθομεν τὴν παραίνεσιν, ἀλλὰ προτρέποντες καὶ παρακαλοῦντες, μὴ ἐπὶ τοσοῦτον προσδεθῆναι τῇ γῆ, ἀλλ' ἑπαξ λυθείσας μένειν ἐλευθέραις, καὶ τὸν ὥραν ἐπιζητεῖν, καὶ τὴν πολιτείαν ἐπιδεικνύσθαι τὴν ἐκεῖ, καὶ ἀρροσθεῖσας τῷ Χριστῷ οὕτως ἅπαντα πράττειν, ὡς προσῆκε τὰς τὸν τοιοῦτον ἔχούσας νυμφίον, ἔτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ καὶ τῷ ζῳοποιῷ καὶ ἀγίῳ αὐτοῦ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

## IN LIBROS DE SACERDOTIO MONITUM.

[360] Eximii operis argumentum ex ipso ejus proœmio mutuatur. Basilium, inter amicos Chrysostomi præcipuus, iisdem atque ille magistris, iisdem discipulis operam dedit: par erat utriusque animus, par generis conditio; unum circa vitæ rationem propositum, amicitie vinculo opportunum. Cum vero proximum esset ut Basilium vitam monasticam amplecteretur, tunc Chrysostomus foro scenæque addictus studia in contraria declinabat. Basilium vero, qui Chrysostomi amicitiam et contubernium magni faciebat, hoc ab eo demum impetravit, ut domo uterque sua relicta commune domicilium incolerent. Hæc consilia ubi primum sensit Chrysostomi mater, filium ne se deserat admistis blanditiis hortatur, dumque ipsi a pristina pene sententia abducto instat Basilium, eadem quæ prius effugitans, ecce fama undique percerebit utrumque in episcopalem dignitatem promovendum esse. Hoc percursi ambo rumore longe dissimile consilium ineunt; Basilium totum rei iudicium permittit amico, in utrumque paratus, sive consentiendum sive fugiendum esset; Chrysostomus vero, qui se tanto honore prorsus indignum, amicum vero dignissimum censebat, ne tam idoneo ministro Ecclesiam Dei privaret, pia usus arte, nihil urgere dixit, sed hæc de re postea suo tempore deliberandum esse: ea scilicet mente, ut incautus Basilium caperetur et episcopalem ordinem vel invitum acciperet. Ipse vero interim sese occultavit: resque pro voto illi cessit; captus enim Basilium, etsi diu reluctatus, ordinatus tamen est. Hinc quærelæ Basilii apud Chrysostomum, et responsiones Chrysostomi, quæis totum opus dialogi more constituitur; hi vero de dignitate et officio sacerdotum tam egregie loquitur sanctus doctor, ut hic liber omnibus semper admirationi fuerit. Isidorus certe Pelusiota epist. 156 libri 1, *Nullum enim, ait, nullum, inquam, pectus hujus lectio penetravit, quod non divino amore sauciavit: venerandam quippe rem atque aditu difficilem sacerdotium esse demonstrat, ejusque rite administrandi rationem docet. Nam Dei arcanorum sapiens ille interpret Joannes, Byzantii episcopus, atque adeo totius Ecclesie oculus, librum illum tam subtiliter et accurate concinnavit, ut omnes tam qui secundum Dei placitum, quam qui negligenter sacerdotio funguntur, hic tum virtutes tum offensiones suas representatas inveniant.* Suidas vero huic librum eximium esse dicit τὸ τὸ ψῆσι, καὶ τῆ ἁράσει,

καὶ τῆ λεύθητι, καὶ τῶ κάλλει τῶν ὀνομάτων, « tum sublimitate et dictione, tum lenitate et elegantia verborum. »

Sed circa hæc historiam aliquot quæstiones movetur: primo quo tempore hæc, quæ supra narrata sunt, contingerit; deinde quis sit ille Basilium, Chrysostomi amicus, et cujus civitatis episcopus sit ordinatus; demum quo tempore Chrysostomus hosce libros ediderit. Quod spectat ad tempus peractæ rei, certum est, ipso testificante Chrysostomo, id accidisse cum adhuc ille in forum frequens ventitaret, et scenæ oblectamenta sectaretur; atque adeo ante annum 375, quo cum tardissime in solitudinem se contulit, ubi sex annis severiori disciplinæ sese totum dedit: neque enim post illum secessum, vel forensibus causis operam dedit, vel scenæ spectacula sectatus est unquam. Certum est itidem, ipso sancto doctore narrante, cum hæc agerentur, jam Chrysostomum et Basilium magistris et doctoribus valedixisse, quorum postremum fuerat Diodorus Tarsensis. Huic vero operam dabant uterque anno circiter 371; unde sequatur ea omnia illo accidisse spatio quod interluit annos inter 372 et 375, neque ullo modo posse isthæc vel prius vel postea locari. Adversus hæc tamen chronologiæ rationem aliquot exsurgunt difficultates: nam si anno 374 vel circiter Chrysostomus ut episcopus ordinaretur perquisitus est, cum utpote uatus anno 347 vel circiter, anno 374 vicissimum septimum circiter annum ageret, nondum attingeret ætatem a synodo Neocæsariensi pro presbyteris deligendis assignatam, triginta videlicet annorum: quomodo ergo poterat in episcopatum cooptari? Ad hæc vero, priusquam Chrysostomus ad episcopatum perquiretetur, mater ejus ipsum alloquens se jam conseruisse, et obitum propediem exspectare dicit: Οὐ δὲ γενησάμενος ἡμεῖς οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸν θάνατον ἀναμένομεν: atqui Chrysostomus, ut ipse narrat, ante vicissimum matris annum natus est, unde sequatur ipsam, cum Chrysostomus in episcopatum perquisitus est, nondum quadragesimum septimum attingisse annum, et qui poterat illa jam vetula et per ætatem morti proxima esse? Hæc porro difficultates majores evadent, si in annum 373, vel in 372, hæc perquisitio retrahatur. Verum hæc quantumvis probabilia videantur [361], ne minimum quidem nos a priore sententia dimoveant: nam æt,

quas modo posuimus, temporis notæ omnino certæ videntur. Quod autem urgente casu ac necessitate quapiam viri nondum triginta annos emensi episcopi antiquitus creati fuerint, non vacat exemplis: etsi illa admodum rara sint. S. Remigius quippe Remensis episcopus creatus est, cum duorum supra viginti annorum esset: et Eleutherius quidam viginti annorum adolescens ab Aniceto papa episcopus missus est in Illyriam. Quod spectat autem ad matrem Chrysostomi, quæ sese vetulam et mortî proximam dicebat, cum quadraginta septem tantum annorum esset: hæc dicta matris filium compellantis, et ne se deserat hortantis, non sunt ad litteram accipienda. Nam, ut alibi non semel monuimus, si ex dictis hujusmodi, quibus *senes, extrema senectutis homines*; vel vicissim, *juvenes, adolescentes, pueri* commemorantur, calculum temporis poneremus, passim chronologiam pessumdare opus esset.

Jam de Basilio Chrysostomi amico, quis nempe ejusve civitatis episcopus fuerit, agendum. Socrates, quem multi deinceps secuti sunt, ait esse Basilium Magnum; sed est illud ἀποροδύουσον, ut nemo non videt. Siquidem ille Cæsariensis episcopus Chrysostomum nostrum ætate longe præcedit, nec ullo modo stadiorum ejus socius, nec Antiochiæ ordinatus esse potuit: quid plura dicam, quando palam est labi Socratem? Nec felicis Photius, qui putat esse Basilium Selenciensem, quem anno 572 vix natum putamus, quandoquidem anno 451 synodo Chaleedonensi episcopus interfuit, et anno 458 imperatori Leoni scripsit. Non audendi item videntur, qui putant Maximum Chrysostomi amicum eundem esse atque Basilium in his *De sacerdotio* libris memoratum: nam quorsum illa nominum tam dissimilium commutatio? Omnibus igitur accurate perpensis, veri-

simile puto Basilium eum esse, qui synodo Constantinopolitanae anno 381 episcopus Raphanea subscribit, siquidem tempus apprime quadrat: Raphanea in Syria prope Antiochiam sita erat: commodus sane locus, ut Joannis Chrysostomi frequenti colloquio, imo etiam contubernio frueretur Basilius, quod in fine dialogi se peroptare dicit.

Restat ut pauca dicamus de tempore quo hosce libros edidit Chrysostomus: neque enim audiendi sunt ii qui volunt eodem ipso tempore, quo res peracta est, hæc scripsisse S. doctorem. Siquidem vel ipsa ordiendi ratio aliquid elapsum tempus subindicat, et series tota rem meditatam, et in oratio adornatam præ se fert. Ait Socrates lib vi, cap. 3, Chrysostomum, cum diaconus esset, hos condidisse libros, scilicet ab anno 381 ad annum 386, quo in presbyterium adlectus est. Palladius vero, secundum interpretationem Latinam Ambrosii Camaldulensis, in secessu et solitudine hæc illum edidisse narrat, scilicet ab anno circiter 371 ad 381, quo ex deserto in urbem rediit. Palladium sane incunctanter sequeremur, utpote Chrysostomo æqualem et aliunde fide digniorem, si in Græco textu, quem edidit Emericus Bigotius, eadem ipsa legerentur; sed cum ibi ne γὰρ quidem hæc de re compareat, a calculo ferendo supersedemus. Neque enim Ambrosii Camaldulensis lectionem omnino rejiciendam putamus: siquidem ille non hæc somnians commentus videtur, sed illa interpretatus esse, quæ in aliquo exemplari Græco legebantur. Ut ut vero sit, nihil de tempore statuemus, donec quidpiam certius emergat.

Interpretationem Germani Brixii, licet aliquam elegantia speciem præ se ferret, utpote quæ paraphrasin saperet neque ita accurate concinnata esset, rejecimus, novamque paravimus.

SANCTI PATRIS NOSTRI  
JOANNIS CHRYSOSTOMI  
DE SACERDOTIO

Libri sex.

LIBER PRIMUS.

HÆC INSUNT LIBRO PRIMO :

- I. Basilis omnibus Chrysostomi amicis antecellit.
- II. Concordia Basilii et Chrysostomi, et communis circa res omnes disquisitio.
- III. Statera inæqualis, cum vita monastica inévnda esset.
- IV. Propositum communis habitationis utriusque.
- V. Matris blanditiæ.
- VI. Fraus qua in ordinatione usus est Chrysostomus.
- VII. Basilii accusatio modesta et simplex.
- VIII. Chrysostomi defensio cum reprehensione conjuncta.
- IX. Magna ex tempestiva fraude utilitas : thesis et locus communis.

1. *Basilis omnibus Chrysostomi amicis antecellit.* — Mihi quidem amici complures fuere, sique germani et veri, qui amicitia leges et probe intelligerent et diligenter observarent : horum vero complurium unus, qui cæteros omnes amicitia longe superabat, tantum illos retro relinquere studebat, quantum illi reliquos mediocriter erga me affectos. Is ex eorum numero erat, qui lateri meo perpetuo hærerent : etenim iisdem tum disciplinis tum magistris operam dedimus. Unum utriusque erat circa literas studium, una sollicitudo, par desiderium iisdem ex rebus natum. Neque enim solum cum ad magistris ventitarem, sed etiam cum illine egressos consilium inire oporteret, quod præstantius vitæ genus nobis capessendum esset, tunc etiam idem consensus apparebat.

2. *Concordia Basilii et Chrysostomi, et communis circa res omnes disquisitio.* — Erant et alia quæ hanc concordiam firmam inconcussamque servarent. Neque enim ob patriæ amplitudinem alter adversus alterum se efferre poterat : mihi non opes summæ erant, nec ille extrema premebatur inopia : imo et facultatum modum propositi paritas æmulabatur : par generis conditio erat, omniaque ad sententiam nostram concurrebant.

3. *Statera inæqualis, cum vita monastica inévnda esset.* — Cum autem proximum esset ut beatus ille vir mouachorum vitam veramque philosophiam amplecteretur, jam non par erat statera, sed ejus laus, utpote levior, sublimis ferebatur ; ego vero mundi cupiditatibus irretitus lancem meam juvenilibus onustam cogitationibus, deprimebam. Hic decum amicitia quidem firma, ut ante, manebat, sed consuetudo dirimebatur : neque enim una versari poterant qui non

iisdem studiis tenerentur. Cæterum ubi et ipse a vita hujus fluctibus caput paululum erexi, me ille ambabus apprehendit manibus : at ne sic quidem potuimus æqualitatem pristinam retinere. Etenim cum ille nos tempore antevertisset, ardensque studium exhibuisset, rursus sublimior ferebatur, in altum valde sublatus.

4. *Propositum communis habitationis utriusque.* — Attamen bonus cum esset amicitiamque nostram magni faceret, a cæterorum omnium contubernio se abducens, nobiscum omni tempore versabatur, quod antea ipsi in voto erat, sed, ut dixi, a segnitie nostra prohibitus fuerat. Neque enim poterat is, qui iudiciis et foro hærebat et scenæ oblectamenta sectabatur, cum eo sæpe versari, qui libris deditus in forum nunquam venitaret. Quamobrem cum antea repulsus nos ad eandem vitæ societatem accepisset, quod jam pridem desiderium parturiebat, confestim peperit, ac ne minimam quidem diei partem a nobis abesse patiebatur : sed assidue hortabatur, ut domo uterque sua relicta commune domicilium incoleremus : quo impetrato jam res in manibus erat.

5. *Matris blanditiæ.* — Verum assidue matris illecebre obstiterunt, quominus hanc illi gratiam redderem ; imo vero, quominus id beneficii ab eo acciperem. Enimvero ubi illa odorata est me id consilii inire, dextra apprehensum introduxit me in peculiare sibi domicilium, ac me prope lectum, ubi me enixa fuerat, assidere jussit, emissis lacrymarum fontibus, ipsis lacrymis miserabiliora verba proferebat, his me gemebunda compellans : Ego, inquit, filii, virtute patris tui non multo tempore ita providente numine frui potui. Nam partus tui dolores excipiens illius obitus, te pupillum, me viduam præmatere reliquit, additis viduitatis incommodis, quæ expertis solum probe nota sunt. Nullus enim sermo illam tempestatem ac procellam exprimere possit, quam puella subit, cum nuper e domo patris emissa, ac negotiorum imperita, repente luctu intolerabili percussa, sollicitudinem ætate ac sexu suo majorem suscipere cogitur. Opus enim est servorum ignaviam emendare, nequitiam observare, cognatorum insidias propulsare, publicanorum molestias et in vectigalibus exigendis inmanitatem fortiter ferre. Quod si is, qui mortem obiit,

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ  
**ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ**  
 ΠΕΡΙ ΙΕΡΩΣΥΝΗΣ \*.

ΛΟΓΟΙ Γ'.

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

[363] ΤΑΣΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΠΡΩΤΩ ΛΟΓΩ.

- α. Θεολογία δ' ούτως τοίς τῷ Χρυσόστομῳ φησὶ ἐκβαλλόμενος.
- β. ἢ ἱερώσια βασιλείου καὶ Χρυσόστομος, καὶ οὐχ ἕτης καθ' ἑαυτὸν.
- γ. Ὁ ζυγὸς ὡς ἐν τῇ τῷ ῥωμαϊκῷ βίβλ. μεταβλήθη.
- δ. ἢ ἀρετίαι καθ' ἑαυτὰς ἀρεταίαι φησὶ.
- ε. Αἱ τρεὶ μαρτυροῦνται.
- ς. ἢ ἀπὸ τῆς Χρυσόστομος, ἢ ἕχθησαν ἢ ἐξ ἑκατοντῶν.
- ζ. Θεολογία κατὰ τὴν ἑταιρικήν ἀρετήν.
- η. Χρυσόστομος ἀπολογία ἀντιζητήριον.
- θ. Ἄσκησις, ἀσκήσιον μὲν ἀρετῆς. Θεός καὶ ποιητὴς οὗτος.

α'. Ἐμοὶ πολλοὶ μὲν ἐγένοντο φίλοι γνήσιοί τε καὶ ἀληθεῖς καὶ α' τοὺς τῆς φιλαίας νόμους καὶ εἰδότας καὶ φυλάττοντας ἀκριβῶς· εἰς δὲ τις τούτων τῶν πολλῶν, ἀπαντὰς αὐτοὺς ὑπερβαλλόμενος τῇ πρὸς ἡμᾶς φιλίᾳ, τοσοῦτον ἐφιλονέκησεν ἀρεταῖαι κατόπιν αὐτοῦ, ὅσον ἐκεῖνος τοὺς ἀπλῶς πρὸς ἡμᾶς διακειμένους. Οὗτος τῶν τῶν ἀπαντὰ μὴ χρόνον παρηκολοθηκότων ἦν· καὶ γὰρ μαθημάτων ἡγάμεθα τῶν αὐτῶν, καὶ διδασκαλοὺς ἐχρησάμεθα τοὺς αὐτοῦς. Ἦν δὲ ἡμῖν καὶ προθυμία καὶ σπουδὴ περὶ τοῦ λόγου οὗ ἐπονομάμεθα β' μία, ἐπιθυμία τε ἰση καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν τιτούμενη πραγμάτων. Οὐ γὰρ ὅτε εἰς διδασκαλοὺς μόνον ἐφοιτῶμεν, ἀλλὰ καὶ ἡλικία ἐκεῖθεν ἐξελεθόντας βουλεύεσθαι ἐχρῆν, ὅπως ἐλθέσθαι τοῦ βίου βέλτιον ἡμῖν ὀδόν, καὶ ἐνταῦθα ὁμογενομένους ἐφαινομένα.

β'. Καὶ ἕτερα δὲ πρὸς τοῦτοις ἡμῖν τὴν ὁμόνοιαν ταύτην ἐφύλαττεν ἀρραγῆ τε καὶ βεβαία. Οὕτε γὰρ ἐπὶ πατρίδος μεγέθει ἕτερος ἕτερον μᾶλλον φρονεῖν εἶχεν, οὕτε ἐμοὶ μὲν πλοῦτος ὑπόρχος ἦν, ἐκεῖνος δὲ ἐσχάτῃ συνέῃ πενία, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς οὐσίας μέτρον τὸ τῆς προαίρεσεως ἰσοστάσιον ἐμμετετο. Καὶ γένος μὲν ἡμῖν γ' ὁμότιμον [363] ἦν, καὶ πάντα τῇ γνώμῃ συνέτρεχεν.

γ'. Ἐπειδὴ δὲ εἶδε τὸν μακρότερον τὸν τῶν μοναχῶν μεταδιδέειν βίον, καὶ τὴν φιλοσοφίαν τὴν ἀληθῆ, οὐκ ἔτι ἡμῖν ὁ ζυγὸς οὗτος ἴσος ἦν, ἀλλ' ἡ μὲν ἐκείνου πλάστῳ ἐκουφίζετο μετέωρος, ἐγὼ δὲ ἔτι τοῖς τοῦ κόσμου πατεθιμένοις ἐπιθυμίαις, καθελόντων τὴν ἐμαυτοῦ δ, καὶ ἐθιαζόμενῃ κάτω μένειν, νεωτερικαῖς αὐτὴν ἀπιθρίβων φαντασίαις. Ἐνταῦθα λοιπὸν ἡ μὲν ψαλῖα

βέβαιος ἔμενεν ἡμῖν ε, καθάπερ καὶ πρότερον, ἡ δὲ συνουσία ἐκεκοπτετο· οὐ γὰρ ἦν τοὺς μὴ περὶ τὰ αὐτὰ σπουδάζοντας κοινὰ ποιεῖσθαι τὰς διατριβὰς. Ὡς δὲ ποτε καὶ αὐτὸς μικρὸν ἀνεκύψατο τοῦ βιωτικοῦ κλύδωνος, δέχεται μὲν ἡμᾶς ἀμφοὶ τῷ χεῖρῳ προτείας ε', τὴν δὲ ἰσότητά οὐδὲ οὕτως ἰσχύσαμεν φυλάξαι τὴν προτέραν. Καὶ γὰρ καὶ τῷ χρόνῳ φθάσας ἡμᾶς, καὶ πολλὴν τὴν σφουδρότητα ἐπιδειξάμενος, ἀνωτέρω πάλιν ἡμῶν ἐφάρετο, καὶ εἰς ὕψος ἤφρετο μέγα.

δ'. Πλὴν ἀλλ' ἀγαθὸς τε ὢν, καὶ πολλοὺς τὴν ἡμετέραν τιμωμένους φίλων, ἀπάντων ἐαυτὸν ἀποστήσας τῶν ἄλλων, ἡμῖν τὸν ἅπαντα χρόνον συνῆν, ἐπιθυμιῶν μὲν τοῦτου καὶ πρότερον, ὅπερ δὲ ἔφη, ὑπὸ τῆς ἡμετέρας κλυδόμενος ῥαθυμίας. Οὐ γὰρ ἦν τὸν δεκατηριῶν προσεδρεύοντα ε καὶ περὶ τὰς ἐν τῇ σκηνῇ τέρφεσι ἐπονημένον συγγίνεσθαι πολλῶν τῶν βελίους προσηλυμιῶν, καὶ μὴ δὲ εἰς ἀγορὰν ἐμβαλόντι ποτέ. Διὰ τοῦτο οὐν πρότερον διετηρόμενος, ἐπειδὴ ποτε ἡ ἡμᾶς ἔλαβεν εἰς τὴν αὐτὴν τοῦ βίου κατάστασιν, ἀβρόως ἦν πάλαι ὀδῶν ἐπιθυμίαν ἀπέτεκε τότε, καὶ οὐδὲ τὸ βραχύτατον τῆς ἡμέρας ἡμᾶς ἀπολιμπάνειν ἠνείχετο μέρος. Διετείλει τε παρακαλῶν, ἵνα τὴν οἰκίαν ἀφέντας ἕκαστος τὴν ἐαυτοῦ κοινὴν ἀμφοτέρου τὴν οἰκίαν ἔχοιεν, καὶ ἐπεισὶ γε, καὶ τὸ πρῶγμα ἦν ἐν χερσίν.

ε'. Ἀλλὰ με αὐ συνεχεῖς τῆς μητρὸς ἐπιβοαὶ διεκώλυσαν δοῦναι ταύτην ἐκείνῳ τὴν χάριν, μᾶλλον δὲ λαβεῖν ταύτην παρ' ἐκείνου τὴν δωρεάν. Ἐπειδὴ γὰρ ἤθετο ταῦτα βουλεύομενον, λαβοῦσά με τῆς δεξιᾶς εἰσῆγαγεν εἰς τὸν ἀποτεταγμένον οἶκον αὐτῆ, καὶ καθίσασα πλησίον ἐπὶ τῆς ἀνῆς ἧς ἡμᾶς ὄδινεν, πηγὰς τε ἤφειε διακρύβειν, καὶ τῶν διακρύβων ἑλαυνότερα προσετίθει τὰ ῥήματα, τοιαῦτα πρὸς ἡμᾶς ἀποδυρομένην· Ἐγὼ, παιδίον, φησὶ, τῆς ἀρετῆς τοῦ πατρὸς τοῦ σοῦ οὐκ ἀφείδη ἀπολαῖσαι εἰς τὸ πάλαι, τῷ θεῷ τοῦτο δοκῶν. Τὰς γὰρ ὄδινας τὰς ἐπὶ σοὶ διαδεξάμενος ὁ θάνατος ἐκείνου, σοὶ μὲν ὄφρα νίαν, ἐμοὶ δὲ χρεῖαν ἐπέστεισεν ἄωρον καὶ τὰς τῆς χηρείας δεῖνά, ἀ μόναί αὶ παθοῦσαι δύναναι· ἀν εἰδέναι καλῶς. Λόγος γὰρ οὐδεὶς ἀν ἐφίκοτο τοῦ χειμῶνος ἐκείνου καὶ τοῦ κλύδωνος, ὃν ὀρίσταιται κέρη, ἄρτι μὲν τῆς πατρῆας οἰκίας προελθούσα, καὶ πραγμάτων ἀπειρος οὖσα, ἐξάρτηνος δὲ πένθει τε ἀσχητῶ βαλλομένη, καὶ ἀνακαχομένη φρονιδοῦς καὶ τῆς ἡλικίας καὶ τῆς φύσεως ἀνεγχεσθαι μίχωνος ι. Δεῖ γὰρ, οἶμαι, ῥαθυμίας τε οἰκτεῶν ἐπιστρέφειν, καὶ καυχουρίας παρατηρεῖν, συγγενῶν ἀποκρούσασθαι ἐπιβολὰς, τῶν τὰ δημόσια εἰσπραττόντων τὰς ἐπιθρίας καὶ τὴν ἀπηνειαν ἐν ταῖς τῶν εἰσφορῶν καταβολαῖς φέρειν γενναίως. Ἐάν δὲ καὶ πα-

\* Collati sunt quatuor Regg. codd. nempe 1819, 1960, 1973, 2491 : Colbertini 247, 248, 974, 3035, 3061 : Coislin. 262, et editi. Savil. et Morel.  
 \* Sic in tribus mss. et in Sav., in caeteris καὶ deest. Ibid. tres mss. τῆς πρὸς ἡμᾶς ψαλῖας, in aliis πρὸς ἡμᾶς deest. In tribus post duo mss. et Savil. κατόπιν ἐκείνου.  
 \* Magna pars mss. et Savil. in marg. οὐς ἐπονομάμεθα, caeteri mss. et Savil. in textu οὐς ἐπονομάμεθα. Infra aliquot mss. habent βίον βελίον ἡμῶν. Paulo post tres codices καὶ ἕτερα ἡμῶν ἐπὶ τῶν ἀρετῶν ἔργα καὶ βίβλας, quae lectio non spernenda.  
 \* Sic maxima pars mss., melius quam editi καὶ γένος δὲ ἡμῶν. Infra καὶ ante ὀδῶν abest a manuscriptoris pene omnibus, haec in editis legitur. Mox ὁδὸς desideratur in tribus.  
 \* Savil. addit φέρειν, sed praestat subintelligere πλάστῳ γα. Edit.

ε Nonnulli ἐν ἡμῶν.  
 ε Προτείας abest a tribus mss.  
 ε Duo mss. et Savil. in marg. παρεδρεύοντα.  
 ε Alii ἐπειδὴ δὲ ποτε.  
 ι Φρονιδίων... μίχωνος, sic quidam et Savil.





prolem relinquat; si sit femina, magnam utique matri curam exhibet, sed tamen sumptibus et metu vacantem: at filius sexcentis quotidie timoribus replet multisque sollicitudinibus; mitto enim pecuniarum expensam, quam multam facere cogitur mater, si liberatim illum educare cupiat. Me tamen horum nullum ad alteras nuptias vel ad alterum in patris tui zelos inducendum sponsum permovet; sed in procella et turbine mansi, ferreamque viduitatis fornacem non evasi, primo quidem superno fulta subsidio, deinde non modico mihi in calamitatibus solatio erat, quod vultum frequenter tuum aspicerem, ac vivam defuncti imaginem servarem, quæ illum accurate referret. Quapropter cum adhuc infans esses, necdum loqui valeres, cum maxime pueri parentes oblectare solent, magnæ tibi consolationi fuisi. Neque illud mihi vitio vertere possis, quod licet viduitatem fortiter tulerim, paternam tamen ob viduitatis incommodum tibi minuerm facultates, quod multis in orbitate infeliciter accidisse novi: nam illas tibi integras servavi, licet nihil eorum sumptuum prætermissem, qui ad liberalem institutionem tuam necessarij erant: idque ex facultatibus meis exque pecuniis, quas e domo paterna attuleram. Ne vero putes me tibi exprobrantem hæc dicere: sed pro his omnibus unam postulo gratiam, ne me altera viduitate involvas, nec sopitum jam luctum denuo excites, verum mortem expectes meam: hinc fortasse brevi emigrandum mihi erit. Nam juvenes quidem ad provectam perducij senectutem sperare possunt; nos autem, qui consentivimus, nihil aliud quam mortem præstolamur. Cum itaque me terræ tradideris, patrique ossibus admiscueris, longas suscipito peregrinationes, et quodcumque volueris pelagus trajicito: nemo tunc prohibebitur est: exterum donec respiramus, contubernium meum ne respus, neu in Dei offensionem temere incarras, dum nos nihil tamen læsus a nobis tot malis involves. Etenim si conqueri potes, quod te ad mundanas curas pertraham, ac negotiis prospicere tuis cogam, ne leges naturæ, ne educationem, ne consuetudinem, neu aliud quidpiam revereris, sed nos tamquam insidiatores et inimicos fuge; si vero nihil non agimus, ut tibi otium paremus ad vitam instituendam, si minus aliud vinculum, certe hoc unum te apud nos detineat. Nam etiamsi te a sexcentis aliis amari dicas, nullus tibi tantam libertatem procurabit, quandoquidem nemo est, cui existimatio tua æque ac mihi cara sit.

6. *Fraus qua in ordinatione usus est Chrysostomus.*—

Hæc et his plura matris verba erant: quæ cum generoso illi viro renuntiarem, illo nedum hujusmodi verbis moveretur, acrius etiam instabat eadem ipsa quæ prius efflagitans. Hæc cum inter nos versaremur, illo frequenter instante, me abnuente, exortus subito rumor utramque turbavit: fama enim erat nos ad episcopalem dignitatem<sup>1</sup> promovendos esse. Qui-

bus auditis, ego timore simul et hæsitatione perculsus sum, timore, ne invitus raperer; hæsitatione, cum identidem disquirerem quo pacto viris illis in mentem venisset de nobis quidquam hujusmodi cogitare: nam meipsum insipienti nihil succurrebat illo dignum honore. Generosus autem ille, me seorsim conveniens, cum famam quasi ignorantia aperisset, rogabat, ut quemadmodum ante, hic etiam factorum consiliorumque consortes videremur: paratum se esse ad utramvis viam amplecterer, sive fugiendum, sive consentiendum esset, persequendam. Ejus ego animum conspiciatus, damnumque ratus me universæ Ecclesiæ illaturum, si tam probe, tam ad multorum præfecturam idoneo juvene gregem Christi ob infirmitatem meam privarem, quod in animo erat non detexi, etsi antea nullum consiliorum meorum ipsi occultassem: sed cum respondissem ea de re consultationem aliud in tempus rejiciendam esse; neque enim id in præsentia urgere: statim persuasi nihil propterea curandum esse, fiduciamque invidi, me ejusdem sententiæ consortem fore, si quando res hujusmodi contingeret. Haud ita multo elapso tempore, cum in qui nos ordinaturus erat advenisset, ac me ipse occultassem, horum ignarus ille quasi ad aliud negotium ducitur, jugumque accipit, sperans me, ut promiseram, perinde sequitur esse: iuvo potius se, me præcunte, sequitur. Etenim nonnulli ex iis qui aderant videntes eum, quod comprehensus esset, ægre ferentem, ei verba dederunt, elamantes, absurdum esse, eum qui omnibus ferocior videbatur, me designantes, cum magna modestia Patrum placito obtemperasse; illum autem multo prudentiorem et moderatiorem ferocire, vanam gloriam appetere, subsultantem, resilientem, repugnantem. His ille verbis obsequutus, postquam audivit me aufugisse, tristis admodum me adit, assidetque mihi, verba facere cupiens; verum animi angustia detentus, cum eam, quam passus fuerat, vim declarare non posset, in ipso oris hiatus fari prohibebatur, acerore orationem antequam dentes transiliret, interruptum. Illum ego intutus lacrymis perfusum animoque turbatum, rei causam edoctus, multa cum voluptate in risum prorupi, apprehensumque dextera deosculari conatus sum, Deoque gloriam ferebam, quod machinamenta mihi recte ac pro voto cessissent. Ille ut me lætum hilaremque vidit, ubi primum se a nobis deceptum esse animadvertit, id longe gravius indignusque ferbat.

7. *Basilij accusatio modesta et simplex.*—

Porro ab ille perturbatoe sedato parumper animo, Etsi, inquit, partes nostras respueris, ac nullam jam nostri rationem habeas, nec certe scio qua de causa oportuit saltem te existimationis tuæ curam habere. Nunc vero omnium ora speruisti, teque ex inanis gloria amore euneti dicunt hoc ministerium recusasse, nec quisquam est qui te ab hac criminatione eximat. Mihi autem me in forum quidem venturæ hæc: tam multi nempe sunt qui nos conveniunt, ac quotidie incusant. Nam quoties me in quacumque urbis parte

<sup>1</sup> saviil. in textu, Morel. et maxima pars Mss., ad episcopalem dignitatem; saviil. in margine et quatuor Mss., ad sacerdotium.

vident, seorsim adductum familiares nostri me in maximam criminis partem vocant. Ejus consilii gnarus, aiunt, nullam enim rerum ad eum pertinentium ignorabas, nihil oportuit dissimulare, sed rem nobiscum communicare, neque defensus ars, qua illum in reia conjiceremus. Me vero fateri pudet dicere, me id consilium a te jam pridem initum ignorare. Nam si ita est, ut vere est, quod ne tu quidem post talia gesta inficiari possis, non e re fuerit externos homines, qui vel mediocrem de nobis opinionem habent, mala celare nostra. Rem itaque ut vera se habet illis aperire vereor, sed tacere cogor, oculosque in terram demittere, atque ab occurrentibus declinare et resilire. Etenim licet prius illud crimen effugiam, restat tamen ut mendacii necessario arguar. Neque enim credent unquam mihi dicenti te Basilium in eorum numero possuisse, quibus arcana scire tua non licet. Verum hæc non multum curo, quando ita tibi jucunda fuere; at reliquum dedecus, qui ferre possimus? Nam alii te arrogantiae, alii vanæ gloriæ accusant; qui autem reis minus parcere volunt, et hæc utraque improperant, et præterea adjuvant eam, quam iis qui nos honore affecerunt intulimus, contumeliam, quos etiam dicunt hæc jure passos esse, imo graviora promeruisse; utpote qui tot tantisque relictis viris, pueros heri ac nudius tertius in sæcularibus curis volutatos, ut ad breve tempus supercilia contraherent, pullas vestes indnerent, vultusque tristitiam simularent, derепente ad tantum honorem adduxerint, quantum ne in somnis quidem assequi speravissent. Atque ii quidem, aiunt, qui a prima ætate ad extremam usque senectutem ascēsionem sive exercitationem sectati sunt, in subditorum numero sunt; imperant autem illis ipsorum filii, qui ne leges quidem noverunt huic exercendo magistratui positas. Hæc et plura loquentes frequenter instant. Ego vero quid ad hæc respondeam igooro: tu, quæso, mihi suppeditato. Neque enim puto temere te et sine causa fugisse tantamque suscepisse adversus adeo præstantes viros inimicitiam; sed ponderatis rebus ad id venisse, unde et tibi paratam defensionem adesse arbitror. Dic ergo, non iustam habeas excusationem, quam criminatoribus afferamus. Nam de injuria qua me affecisti non exoptulo tecum, non quod deceperis, non quod prodideris, non quod omni tempore amicitie mee fructum tuleris. Nos quippe animam nostram, ut ita dicam, tibi allatam, in manibus tuis reposuimus: tu vero tantam adversam nos calliditatem adhibuisti, quantum si ab inimicis tuis cavendum tibi foisset. Atqui oportuit, si consilium hujusmodi utile esse putabas, illius lucrum non fugere: sin damnosum, nos quoque, quos omnibus semper præferre dicebas, damno eripere. Tu vero nihil non egisti ut eo incidere, neque dolo vel simulatione opus erat adversus eum, qui sine dolo et simpliciter omnia dicere et agere apud te solebat. Attamen, ut dixi, nihil eorum criminum do, neque solitudinem exprobro, in qua nos constituisti, cum colloquia illa abstulisti, ex quibus

et voluptatem et utilitatem non minimam sæpe carpebamus. Verum hæc omnia mitto, hæc tacite et mansuete fero: non quod tu mansuete in nos deliqueris, sed quod eam mihi legem prescripserim ab illa die, qua amicitiam inii tuam, ut quamvis mihi molestiam afferres, nullam abs te apologiam exigerem. Etenim quod non mediocre mihi damnum intuleris, ipse nos exteri de nobis, tum quos nos de nobis ipsis perpetuo habuimus. Hi porro sermones erant, magnum nobis fore lucrum ex concordia, præsidiumque ex amicitia mutua. Aliique omnes dicebant, aliis etiam bene multis non modicæ utilitati fore concordiam nostram: ego vero, quod ad me attinet, nunquam utilitatem cuiquam posse me præstare putavi; dicebam tamen, hoc saltem nos lucrum non parvum ex amicitia decerpituros esse, quod iis qui nos oppugnare vellent, inexpugnabiles futuri essemus. Hæc tibi in mentem revocare nunquam cessabam: Difficile est tempus, insidiatores multi, germana caritas extincta, invidiæ perniciēs ejus locum subit, in medio laqueorum progredimur, in pinis nubium ambulamus: ad gaudendum de malis nostris parati sunt, si quid forte sinistrum acciderit, multi, et undique instant; nemo vero est qui vicem nostram doleat, vel saltem pauci hujusmodi sunt. Vide ne si disjungamur, risum multum aliis moveamus, risuque graviorem iacturam: *Frater qui adjuvatur a fratre, quasi civitas munita, et quasi regnum vectibus firmatum* (Prov. 18. 19). Ne, quæso, hæc dissolvas necessitudinem, neque vectem dirumpas. Hæc et his plura sæpe dicebam, nihil unquam hujusmodi suspicavi, sed te sano admodum animo erga nos esse putans, atque ex abundanti medelam sauo adhibere curans, nec animadvertens, ut patet, me ægotanti remedia apponere, at ne sic quidem infelix quidpiam lucratus sum, neque ex tanta illa cautela mihi quidquam accessit emolumentum. Omnia quippe illa confertim projiciens, neque id tecum reputans, me tamquam navem non saburratam in pelagus immensus emisisti, nihil cogitans decumanos illos fluctus, quos me sustinere necesse est. Nam si contingat vel calumniam, vel cachionum, vel aliam quamvis contumeliam et molestiam in nos inferri, sæpe autem multa hujusmodi necessario accidunt, ad quem confugiemus? apud quem angustias nostras exonerabimus? quis defensionem suscipiet nostram? quis mæroris auctores retundet atque sedabit, nobisque dolorum finem faciet, et solatium afferet, paratosque nos reddet ad aliorum ferendas ineptias? Nemo sane adest, te ah hoc gravissimo bello procul remoto, ut ne clamorem quidem meum audire valeas. An nosti quantum admisseris malum? an vel nunc, postquam percussisti, agnoscis quam letale mihi vulnus inflixeris? Verum hæc missa faciamus: neque enim deinceps poterunt ea dissolvi, quæ facta sunt, neque exitus reperiri in rebus exitu carentibus. Quid porro ad externos dicemus? quid eorum criminationibus respondebimus?

8. Chrysostomi defensio cum reprehensione conjuncta.

νήτα που τῆς πόλεως\*, λαβόντες καταμένοι ὅσοι πρὸς ἡμᾶς οἰκίαις ἔχουσι. τῶ πλείονι μὲν τῆς κατηγορίας ὑποβάλλουσι μέρεϊ. Εἰδὼτα γὰρ αὐτὸ τὴν γνώμην, φασίν, οὐδὲ γὰρ ἂν σε ἐλαβὲν τῶν κείνων, οὐκ ἔδει ἀποτρέψασθαι, ἀλλ' ἤμιν ἀνακουσθῆσθαι ἔχρην, καὶ πάντως οὐκ ἂν ἐπορήσαμεν μηχανῆς πρὸς τὴν θύραν. Ἐγὼ δέ, ὅτι μὲν σε οὐκ ἔβην ἐκ πολλοῦ ταῦτα βουλευόμενον, αἰσχύνομαι καὶ ἐρυθρῶν πρὸς ἐκείνους εἰπεῖν, μήποτε καὶ ὑπὸ κρίσιν τὴν ἡμέτεραν εἶναι νομισαὶ φίλων. Εἰ γὰρ καὶ ἔστιν, ὡσπερ οὖν καὶ ἔστιν, καὶ οὐδὲ ἂν αὐτὸς ἀρηθείης, ἐξ ὧν εἰς ἡμᾶς ἐπράξας πῶν ἄλλὰ τοὺς ἔξωθεν καὶ μετρίαν γοῦν περὶ ἡμῶν ἔχοντας δόξαν καλὸν τὰ ἡμέτερα κράττειν κακῶ. Εἰπεῖν μὲν οὖν πρὸς αὐτοὺς τάληθες, καὶ ὡς ἔχει τὰ καθ' ἡμᾶς, ὁκνῶ ἀναγκάζομαι δὲ λοιπὸν σωπῆν καὶ κῦπτεν εἰς γῆν καὶ τοὺς ἀπαντώντας ἐκτρέπεσθαι καὶ ἀποτρέψαι. Κἴν γὰρ τὴν προσίαν ἐκπύγω κατάνυσιν, ψεύδους ἀνάγκη με κρίνεσθαι λοιπόν. Οὐδὲ γὰρ ἐθέλησού μοι πιστεῦσαι ποτε, ὅτι καὶ Βασίλειον μετὰ τὸν ἄλλον ἔταξας, οἷς οὐ θέμις εἶδέναι τὰ σά. Ἀλλὰ τούτων μὲν οὐ πολλὸς μοι λόγος, ἐπιπέθω σου τοῦτο γέγονεν ἡδῶ. τὸ δὲ λοιπὸν ἢ πῶς οἰσόμεν ἀσχόνην; Οἱ μὲν γὰρ ἀπολόσι, οἱ δὲ φιλοδοξίας σε γράσονται. ὅσοι δὲ εἰσὶν ἀπειθεῖστοι τῶν αἰτωμένων, ταῦτά τε ἡμῖν ἀμφοτέρω ἐγκαλοῦσιν ὀμοῦ, καὶ προστιθέσσι τὴν εἰς τοὺς τετιμῆκατος ὕβριν, δίκαια πεπονήθαι λέγοντες αὐτοὺς, καὶ εἰ μείζονα τούτων ἀτιμασθέντες ἔτυχον παρ' ἡμῶν, ὅτι τοσοῦτους καὶ τηλικούτους ἀφέντες ἄνδρας, μεираία χθῆς καὶ πρῶην ἔτι ταῖς τοῦ βίου μερίμας ἐγκαλοῦσθε, ἴνα χρόνον βραχύν τὰς ὄφρας συναγάγωσι, καὶ φατὰ περιβῶλυνται, καὶ καθήσαντο ὑποκρινόμενοι, ἐξείρνης εἰς τοσαύτην ἤγαγον τιμὴν, ὅσην οὐδὲ ἄναρ λήψομαι προσεδέξαται. Καὶ οἱ μὲν ἐκ πρώτης ἡλικίας εἰς ἔσχατον γῆρας τὴν ἐαυτῶν ἀκτείναντες ἀκησιν, ἐν τοῖς ἀρχαίοις εἰσὶν ὄφρα οἱ δὲ αὐτῶν οἱ παῖδες αὐτῶν, καὶ μηδὲ τοὺς νόμους ἀκηκούσας καθ' οὓς ταῦτην οὐδὲ δικαιοῦν τὴν ἀρχὴν\*. Ταῦτα καὶ πλείονα τούτων λέγοντες συνεχῶς ἡμῖν ἐπιφώνονται. Ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν ἀπολογίσημαι πρὸς ταῦτα οὐκ ἔχω, δεῖμαι δὲ σοῦ φράσαι μοι. Οὐδὲ γὰρ ἀπλάως οὐδὲ ἐκτὴ ταύτην οἶμαι σε φυγεῖν τὴν φυγὴν, καὶ πρὸς ἄνδρας οὕτω μεγάλους τοσαύτην ἀνεδέξασθαι τὴν ἔχθραν, ἀλλὰ μετὰ τινος λογισμοῦ καὶ σκέψεως ἐπὶ τοῦτο ἰλεῖν, ὅθεν καὶ λόγον ἔτοιμον εἶναι σοὶ πρὸς ἀπολογίαν στοχαζόμεναι. Εἰπέε οὖν εἰ τίνα πρόφασιν [367] δικαιοῦν πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας δουλοσέμεια λέγειν. Ὅν γὰρ αὐτὸς ἤδικημαι παρὰ σοῦ, οὐδένα ἀκατὸν λόγον, οὐχ ὧν ἐπάστως, οὐχ ὧν προδωκάς, οὐχ ὧν ἀπῆλουσας παρ' ἡμῶν ἅπαντα τὴν ἐμπεροσεν χρόνον. Ἡμεῖς μὲν γὰρ καὶ τὴν φυγὴν τὴν ἡμέτεραν, ὡς εἰπαί, φέροντες, ἐνθεσχημένον σου ταῖς χερσὶ· οὐ δὲ τοσαύτη πρὸς ἡμᾶς ἐχρήσω τῆ πανουργία, ὅσπερ ἂν εἰ πολεμίουσ σε τίνας φυλάξασθαι προέκειτο. Καίτοι γε ἐχρῆν, εἰ μὲν ὠφέλιμον ταύτην ἦβεις οὐσαν τὴν γνώμην, μηδὲ αὐτῆς τὸ κέρδος φυγεῖν· εἰ δὲ ἐπιβλαβὴ, καὶ ἡμᾶς, οὓς ἀπάντων δαὶ προτιμῆν ἔλεγε, ἀπαλλάξαι τῆς ζημίας. Σὺ δὲ καὶ ὅπως ἐμπεσοῦμεθα ἅπαντα ἐπράξας. καὶ ὁδοῦ σοι καὶ ὑποκρίσεως ἐδέχθην οὐδὲν πρὸς τὴν ἀδωκάς καὶ ἀπλάως ἅπαντα καὶ λέγειν καὶ πράττειν εὐκλότα πρὸς σά. Ἄλλ' ὁμοῦ, ὅπερ

ἔφη, οὐδὲν τούτων ἐγκαλοῦν, οὐδὲ οὐνείδω τὴν ἐρημίαν, εἰς ἣν κατέστρας ἡμᾶς, τὰς συνόλους διακόξας ἐκείνας, ἐξ ὧν καὶ ἔδοθη καὶ ὠφέλιαν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐκαρπωσάμεθα πολλάκις· ἀλλὰ πάντα ταῦτα σφίτημι, καὶ φέρω αἰγῆ, καὶ πρῶως· οὐκ ἐπεὶ τὴν πρῶξ, εἰς ἡμᾶς ἐπιημμήθησας, ἀλλ' ἐπεὶ τούτων ἐθῆκα ἐμαυτῷ τὸν νόμον ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἧς τὴν φίλιαν ἔστερα τὴν σὴν, ὑπὲρ ὧν ἂν ὀλέη ἡμᾶς λυπεῖν, μηδέποτε σε εἰς ἀπολόγας ἀνάγκην καθιστῶν. Ἐπεὶ, τὴν γε οὐ μικρὰν\* τὴν ζημίαν ἡμῖν ἐπέγαγες, οἴσθα καὶ αὐτὸς, εἰ γε μέμνησαι τῶν ρημάτων, καὶ τῶν παρὰ τὸν ἔξωθεν περὶ ἡμῶν, καὶ τῶν ὕφ' ἡμῶν λεγομένων δαί· ταῦτα δὲ ἦν, ὅτι πολλὸ κέρδος ἡμῖν ὁμοφύκως εἶναι τε καὶ φράττεσθαι τῆ πρὸς ἀλλήλους φίλια. Καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πᾶντες ἔλεγον, καὶ ἑτέροις πολλοῖ; οὐ μικρὰν ὠφέλιαν τὴν ἡμετέραν οἴσαν ὀμόνατον· ἐγὼ δὲ ὠφέλιαν μὲν οὐδέποτε ἐνόησα, τὸ γε εἰς ἐμὲ ἔχον, παρέξειν τίσιν· ἔλεγον δὲ, ὅτι τοῦτο γοῦν ἀπ' αὐτῆς κερδανοῦμεν κέρδος οὐ μικρὸν, τὸ δυσχερῶσιν γενέσθαι ἰ σοὺ καταγινώσασθαι βουλομένοι; ἡμᾶς. Καὶ ταῦτα σε ὑπομνήσσκων οὐκ ἐπαυσάμη ποτὲ. Χαλεπὸς ὁ καιρός· οἱ ἐπιβουλεύοντες πολλοί· τὸ τῆς ἀγάτης γνήσιον ἀπόλιον· ἀντιστοχῆται δὲ ὁ τῆς βασκανίας ἐλεθρός· ἐν μέσῃ παγίδων διαβαίνωμεν, καὶ ἐπὶ ἐπιβλεψῶν πόλεων περιπατοῦμεν· οἱ μὲν ἔτοιμοι τοῖς ἡμετέροις ἐρησθῆναι κακοῖς, εἰ ποτὲ τι συμβαίη, πολλοὶ καὶ πολλοχθῆν ἐπεσθήσαν· ὁδὲ συναλγῆσιν οὐδεὶς, ἢ καὶ εὐσάρβητοι λαν. Ὅρα μὴ διαστάντες ποτὲ πολλὴν τὴν γέλωτα ὀρήσσωμεν, καὶ τεῦ γέλωτος μείζονα τὴν ζημίαν. Ἀδελφός ἐπὶ ὀδὲ ἰσοῦ βοηθούμενος ὡς πόλις οχυρὰ, καὶ ὡς μεμοχλευμένη βασίλεια. Μὴ δὴ διαλύσει ταύτην τὴν γνησιότητα, μηδὲ διακόξῃ τὸν μοχλόν. Ταῦτα καὶ τὰ τούτων πλείονα ἔλεγον συνεχῶς, οὐδὲν μὲν ποτὲ ὑποπέτωον τούτων, ἀλλὰ καὶ πάνου σε τὰ πρὸς ἡμᾶς ὑγιαίνει νομίμων, ἐκ περιουσίας δὲ καὶ ὑγιαίνοντα θεραπεύειν βουλομένοι· ἐλάνθοσ δὲ, ὡς οἰκτε, νοσοῦντι τὰ φάρμακα ἐπιτιθεῖς· καὶ οὐδὲ οὕτως ὁ βελήιος ὠνησα, [368] οὐδὲ γέγονεν ἐμοὶ τι πλέον ἐκ τούτων τῆς θῆαν προμηθείας. Πάντα γὰρ ἐκείνη ρίψας ἀθύρωσ, καὶ οὐδὲ εἰς νοῦν βαλομένοσ, ὡσπερ ἀνεμμάτιστον πόλον εἰς πῆλαγος ἡμᾶς ἀπειρον ἀφήκας, οὐδὲν τὸν ἄργυρον ἐκείνων ἔνοησας κυμάτων, ἀπερ ἡμᾶς ὑπομένειν ἀνάγκη. Εἰ γὰρ ποτὲ συμβαίη ἢ συκοφαντίαν, ἢ χλευασίαν, ἢ καὶ ἄλλην τινὰ ὕβριν καὶ ἐπῆραν ἐπινεβηθῆναι ποθεν ἡμῖν (πολλάκις δὲ τὰ τοιαῦτα συμβαίνοντα ἀνάγκη), πρὸς τὴν ἀνακαταφύομεθα; τίνα κοινωσόμεθα τὰς ἡμετέρας ἀθῆμας; τίς ἡμῖν ἀμύναι θελήσει, καὶ τοὺς μὲν λυπῶντας ἀνακόψει, καὶ ποιήσει μικρὰτι λυπεῖν, ἡμᾶς δὲ παραμυθεύσασθαι, καὶ παρασκευάσει τὰς ἑτέρουσ φέρειν ἀπαιθευτάς; Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς, σοῦ πόρρωθεν ἐστικτότος τοῦ δαινοῦ τούτου πολέμου, καὶ μηδὲ κραυγῆν ἀκούσαι δυναμένου. Ἄρα οἴσθα ὅσον ἐργασταί σοι κακόν; ἤρα νῦν γοῦν μετὰ τὸ κλῆσαι ἐπηγινώσασθαι ὡς κειρίαν ἡμῖν ἔδωκας τὴν πληγὴν; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀφείσθω· οὐδὲ γὰρ ἔστι τὰ γενόμενα ἀναλύσει λαίπην, οὐδὲ πόρον τοῖς ἀπύροσ εὔρειν. Τὸ πρὸς τοὺς ἔξωθεν ἐροῦμεν, εἰ πρὸς τὰς αἰτίας ἀπολογησόμεθα τὰς ἐκείνων;

\* Duo mss. φανέντα τῆς ἡμέρας μέρος τῆς πόλεως.  
 † Quatuor mss. τῶν δὲ λοιπῶν, que lectio non spernenda.  
 ‡ Quilibet mss. καθ' οὓς ταῦτην αὐτοὺς διοικεῖν τὴν ἀρχὴν.  
 § Sic maxima pars mss. Edidit et alii ἡμῶν αὐτὸν τὸ. Infra eodem, post ἔχρην deest la Savil. et in aliquot mss.

\* Alii οὐκ εἰ μικρὰ.

† Alii δυσχερῶσιν εἶναι.

‡ Sic nonnulli recte. Valg. τοῖσιν δὲ πολ. Edrr.

§ Sic recte Savi. et aliorum mss. I. e. phatire συμβαίη. Ed.

|| Alii δυναμένου πετῆ.

beatus ille Paulus cum dixit : *Oportet autem illum et testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt* (1. Tim. 3. 7), nequaquam tollit accuratum probatumque examen, neque ut præcipuum ejus probationis signum id proponit. Etenim multis antea præmissis tandem hoc addidit, ut ostenderet, non solum tantum calculum sufficere ad tales electiones, sed cum aliis tamen requiri. Sæpe namque evenit ut vulgi opinio falsa sit : præeunte autem accurato examine nihil postea periculi ex ea suspicari licet : ideoque post alia exteriorum etiam testimonium requirit. Neque enim solum dixit, *Oportet autem illum et testimonium habere bonum* (1. Tim. 3. 7) ; sed addidit, *Ab iis qui foris sunt*, ut palam faceret, exteriorum opinioni et famæ præire debere accuratum examen. Quoniam igitur ego quæ te spectabant plus quam parentes tui, ut ipse fateris, noveram, ideo dignus sum qui ab omni crimine liber dimittar.

BASILIUS. Non ideo effugeris, inquit, si te quispiam accusare velit. Annon meministi te a nobis sæpe audisse, atque ab ipsis operibus edidicisse quam parum generosi sim auri? Annon mihi sæpe ridendo pusillanimitatem exprobrabas, quod vel levissimis curis facile dejicerer?

5. *Nos propter caritatem in Christum rem istam fugisse.* — CHRYSOST. Memini sane me sæpe hoc abs te audire, neque inficias eo. Ego vero si quando cavillabor, joco, non serio, id agebam. Attamen non ea de re nunc contendam; rogo te autem eandem mihi præstes ingenuitatem, ubi virtutum tuarum mentionem faciam. Etenim si coneris nos mendacii arguere, tibi non paremus, sed ostendemus te modestiæ potius, quam veritatis causa hæc verba fecisse, non aliis quam verbis et factis tuis usurpatis ad rem confirmandam testibus. Atque primum abs te querere volo : Nostin', quanta sit vis caritatis? Etenim Christus, missis prodigiis omnibus, quæ ab apostolis edenda erant, *In hoc*, inquit, *cognoscat homines, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem* (Joan. 13. 35). Paulus vero ait illam esse legis<sup>1</sup> plenitudinem, sine qua charismata nihil proficiunt (Rom. 13. 10). Illud sane exitium bonum, discipulorum Christi signum, quod ipsis charismatibus superius est, vidi in animo tuo generose insitum, copiosumque fructum emittere. Tum BASILIUS : Mihi hæc rem summopere curæ esse, maximamque me sollicitudinem in hoc implendo præcepto ponere fateor : quod autem ne dimidium quidem ejus assequutus sim, tu mihi testis eris, si non ad gratiam, sed secundum rei veritatem loqui volueris. CHRYSOST. Igitur ad argumenta me vertam, et quod comminatus sum nunc præstabo, ut ostendam te modestiam quam veritatem magis curare. Remque narabo nuper gestam, ne quis, si vetera recenseam, suspicetur me temporis diuturnitate veritatem obterege : cum veritas ipsa non permittat nos quidquam affligere vel iis, quæ ad gratiam dicuntur.

6. *Demonstratio virtutis Basilii, et vehementis ejus caritatis.* — Cum enim quidam ex familiaribus nostris contumeliæ et arrogantia per calumniam accusatus, in extremo periculo esset : tunc nemine te incusant, nec rogante illo qui periclitabatur, in medium te periculum conjecisti. Hoc tu factum edidisti. Ut autem te ex verbis tuis arguamus, tibi quæ ipsa verba tua in mentem revocemus<sup>1</sup> : cum hæc animi tui generositatem alii non approbarent, alii laudarent ac mirentur, accusatoribus tuis dixisti : *Ecquid agam? aliter amare non didici, nisi ut vitam meam exponam, cum periclitantem amicum servare opus est : aliis quidem verbis, sed eodem sensu, Christi dicta loquutus, quibus ille discipulis perfectæ caritatis terminos posuit : nam Majorum hæc, inquit, caritatem nemo habet, quam ut animam suam quis ponat pro amicis suis* (Joan. 15. 13). Igitur si major hæc inveniri non potest, ad finem ejus pervenisti, ac gestis dictisque tuis ipsius culmen attingisti. Ideo te prodidimus, ideo dolum hujusmodi conclinnavimus. Num tibi persuadebimus, nos non ex malevolentia, non ut te in periculum conjiceremus, sed quod id utile fore sciremus, te in hoc stadium pertraxisse? BASILIUS. Au ad proximorum emendationem vim caritatis satis esse putas? CHRYSOST. Maxime quidem et magna ex parte ad id conferre caritas possit. Quod si velis ut prudentiæ quoque tuæ specimina proferamus, ad id quodque me conferam, ostendamque te magis prudentia valere.

Ad hæc ille pudore ruboreque affectus (BASIL.), Quæ me, inquit, spectant nunc missa faciamus : neque enim ab initio herum abs te rationem exigebam. Si quid porro habes quod exteris congruenter opponere possis, id vero libenter audiam. Quapropter missa hæc umbratili pugna, dic quam excusationem cæteris afferemus, scilicet iis qui nos honore affecerunt, necnon aliis qui illorum tamquam injuria affectorum vicem dolent.

7. *Quod non in contumeliam eorum, qui nos elegerant, ordinationem effugerimus.* — CHRYSOST. Equidem ad id, inquam, jam propero ; quandoquidem enim rationis apud te reddenda finem feci, ad hæc apologiæ partem facile me vertam. Quænam igitur eorum accusatio, quæ criminosa? Se contumelia affectos et gravia passos queruntur, quia honorem, quo nos ornare volebant, non accepimus. Ego vero primum dicam, nos de contumeliis hominibus illatis nihil curare debere, cum per eis illatum honorem in Dei offensionem incurrere cogitur. Neque enim puto eos ipsos qui indignantur, cum eam rem moleste ferunt, periculo vacare, imo magnum accipere detrimentum dixirim. Illos quippe, qui Deo addicti sunt, et ad ipsum solum respiciunt, ita pie affectos esse debere censeo, ut id non pro contumelia habeant, etiam si sexcenties sic inhonorentur. Quod vero similis ausus no in mentem quidem tuiquam unquam venerit, hinc liquidum erit. Nam si fastu vel vanæ gloriæ cupidine, ut sæpe dixisti nonnullos calumniari, ad id deductus

<sup>1</sup> Hæc, tibi quæ ipsa verba in mentem revocemus, in aliquot Mss. desunt.

<sup>1</sup> Aliqui, legis et prophetarum.

num, ut accusatoribus adstipuler, maximam sane injuriam intulerim, qui admirandos et conspicuos illos, etiamque mihi beneficos contempserim. Etenim si nihil ledentes injuria afficere supplicio dignum est, quanto in honore sunt habendi illi, qui honorem nobis ultro conferre volunt? Neque enim dicere quis possit, ipsos vel parvo vel magno beneficio affectos vicem rependere voluisse. Quanto igitur supplicio dignus esset qui adversa rependeret? Sin autem id ne cogitavimus quidem, sed alio longe consilio ab onere declinavimus: quorsum illos, quibus si non approbationem, saltem veniam dare debuissent, criminantur, quod animæ pepercimus nostræ? Tantum enim abest ut ipsis contumeliam irrogaverim, ut etiam recusando ipsos honore affectisse me putem. Neque vero paradoxum me dixisse putaveris; etenim mox hujus explicationem proferam.

8. *Quod etiam fugiendo illos a vituperatione eruerimus.* — Tunc enim, si minus omnes, saltem ii, qui maledictis delectantur, multa cum de me ordinato, tum de iis qui me elegerant, suspicari potuissent; verbi gratia, quod ad divitias respicerent, quod generis splendorem mirarentur, quod adulatione nostra moti ad id nos cooptarint; quin etiam pecunia adductos id egisse nescio an dicam aliquem suspicatum fuisse. Christus quidem, dixissent, piscatores, tabernaculorum opifices et publicanos ad hujusmodi magistratum vocavit (*Math. 4. 19*): hi eos, qui sibi quotidianum opere victum parant, respiciunt (*Act. 18. 3*); si quis autem exterorum literis operam det, otioseque vivat, hunc approbant et admirantur (*Luc. 5. 27*). Nam cur tandem eos, qui in Ecclesie negotiis mille sudores pertulerant, contempserunt, eumque, qui hos nunquam expertus labores totam ætatem in

vanis exterorum disciplinis contriverat, statim in tantum honorem pertraxere? Hæc et similia dicere poterant, si hanc dignitatem acceperissent. Nunc vero secus; omnis enim illis maledicendi occasio resecta est, nec mihi adulationem, nec illis accepta munera explorare possunt, nisi fortasse sint, qui ultro insinuire velint. Quo pacto enim adulatione et largitione usus quispiam ad honorem adipiscendum, mox adepturus eum, aliis relinquat? Perinde enim illud esset ac si quis post infinitos in excolenda terra labores, ut uberis fructus segetesque colligeret, et vino torcularia redundarent, post mille sudores et multam pecuniarum expensam, cum messis et vindemiæ tempus adveniret, aliis fructuum proventum traderet. Viden', etiamsi quæ tunc jactabantur procul a veritate essent, magnam calumniandi ansam habituros adversarios fuisse, quod scilicet non recto judicio electio facta fuisset. Nunc autem ne hiscere quidem vel os aperire mea opera possunt. Et hæc quidem multoque his plura initio dixissent. Postquam autem ministerium attigissemus, nunquam potuissemus quotidianas accusatorum calumnias refellere, etiamsi inculpate omnia egissemus: ne dicam nos hac ætate erumque inperitia in multis necessario aberraturos fuisse. At nunc illis criminatiois hujusmodi occasionem sustulimus: tunc autem probris eos innumeris obnoxios reddidissemus. Quis enim non dicturus erat: Res tantas tanque admirandas pueris insipientibus commiserunt, Dei regem pessunderunt, res Christianorum jam risui ac ludibrio expositæ sunt? At vero nunc *Omnis iniquitas opprobabit os suum* (*Psal. 106. 42*). Si enim tui causa ista protulerint, statim illos ex ipsa re docebis, non oportere prudentiam ætate metiri, neque senem ex canitio probatum habere, neque juvenem a tali ministerio prorsus arcere, sed neophytum. Multum est autem inter utrumque discrimen.

<sup>1</sup> Hæc, quando in honore sunt habendi, desunt in maxima manuscriptorum parte, sed habentur in Morel. et Savil.

## LIBER TERTIUS.

### HAEC INSUNT LIBRO TERTIO.

- I. qui suspicati sunt nos per superbiam recusasse, suam ipsorum existimationem læsisse.
- II. Nos non propter vanam gloriam fugisse.
- III. Quod si gloriam concupisceremus, tale potius ministerium eligere oportuerit.
- IV. Tremendum quid esse sacerdotium, novumque cultum veteri formidabiliorum esse.
- V. Magnam esse sacerdotii potestatem et dignitatem.
- VI. Ministeria et numero esse maximorum Dei donorum.
- VII. Ipsum etiam Paulum formidasse ad aspectum tanti principatus.
- VIII. Sapere ad peccatum induci, qui in medium progreditur, nisi perquam fortis animi fuerit.
- IX. Vana gloria ejusque malis ipsum irreviri.
- X. Non hunc sum sacerdotium horum malorum causam esse, sed nostram ignaviam.
- XI. Ambitum principatus eliminandum ab animo sacerdotis.
- XII. (a) Sapientissimum oportere esse sacerdotem.

(a) Hæc a numero XII non existant in Græcis, sed a priori interprete lecta fuisse videntur.

- XIII. Præter maximam abstinentiam alia quoque in animo sacerdotis requiri.
- XIV. Nihil tam præritum et aciem mentis obtundere, quam iracundiam inordinatam.
- XV. Aliam speciem litis plenam periculorum Chrysostomus ostendit.
- XVI. Quotum esse oporteat eum, qui tantis tempestatibus opponendus sit.
- XVII. Quotus sit in gubernatione virginum timor.

1. *Qui suspicati sunt nos per superbiam recusasse, suam existimationem læsisse.* — Quod spectat cum contumeliam nos honorantibus illatam, quodque non eos dehonestandi animo honori nos subduxerimus, ex jam dictis sat comprobari posset: quod vero nulla inflati superbia id egerimus, jam pro viribus palam facere conabor. Nam si vel militaris legationis vel imperii nobis optio proponeretur, eique proposito insisterem, jure posset quispiam id de me suspicari;

ἦλλον ἔγω φηρισσασθαι τοῖς κατηγοροῖς, τὴν τὰ μέγιστα ἔδικηκόντων ἂν εἴην, ἀνδρῶν καταφρονήσας θαυμαστῶν καὶ μεγάλων, καὶ πρὸς τούτους εὐεργετῶν. Εἰ γὰρ τὸ τοῦς μηδὲν ἔδικηκόντας ἀδικεῖν κολάσαι· ἕξιον, τοῖς τιμῆσαι προελκόμενοι· ἀπ' ἐαυτῶν πῶς τιμῆν χρῆ· Ὅσδ' γὰρ τοῦτο ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν, ὅτι εὐ παθόντες ἢ μικρὴν ἢ μέγα παρ' ἐμοῦ, τῶν εὐεργεσιῶν ἐκείνων ἐξέτισαν τὰς ἀμοιβὰς. Πόση οὖν οὐκ ἂν εἴη τιμωρίας ἕξιον, οὐδ' ἐναντίως ἀμείβεσθαι· Εἰ δὲ τοῦτο μὲν οὐδὲ εἰς νοῦν ἐβαλομένη ποτε, μεθ' ἑτέρας δὲ προαιρέσεως τὸ βαρὺ φορτῶν ἐξεκλίνωμεν, τί παρέντις συγγινώσκωμεν, εἰ γε ἀποδέχασθαι μὴ βούλοντο, ἐγκαλοῦσιν ὅτι τῆς ἐαυτῶν ἐπιπέσμεθα ψυχῆς· Ἐγὼ γὰρ τοσούτων ἀπέσχω εἰς τοὺς ἄνδρας ὑβρίσας ἐκείνων, ὅτι καὶ τετιμηκέναι αὐτῶν φαῖν ἂν τῆ παρατίθαι. Καὶ μὴ θαυμάσης, εἰ παρδόξον τὸ λεγόμενον· ταχέων γὰρ καὶ τούτου τὴν λύσιν ἐπέσχομεν.

Τότε μὲν γὰρ, εἰ καὶ μὴ πάντες, ἀλλ' οἷς τὸ κακῶς ἀγορεύειν ἦδύ, πολλὰ ἂν εἶχον καὶ ὑποπεύσαι καὶ εἰπεῖν περὶ τοῦ χειροτονηθέντος ἐμοῦ, περὶ τε τῶν ἐλομένων ἐκείνων· ὅσον ὅτι τε πρὸς πλοῦτον βίβουσαι, ὅτι λαμπρότητα γένους θαυμάζουσιν, ὅτι κολακισθέντες ὑφ' ἡμῶν εἰς τοῦτο ἡμᾶς παρήγαγον· εἰ δὲ καὶ οἱ χρήματα πισθόντες, οὐκ ἔγω λέγειν, εἰ τις καὶ τούτο ὑποπεύσαι ἦν. Καὶ ὁ μὲν Χριστὸς ἀλιεῖ καὶ σκηνοποιούς· καὶ τελῶνας ἐπὶ ταύτην ἐκάλεσε τὴν ἀρχὴν· οὗτοι δὲ τοὺς μὲν ἀπὸ τῆς ἐργασίας τῆς καθημερινῆς τρεφομένους διαπτύουσιν· εἰ δὲ τις λόγων ἄφαίτο τῶν ἔξωθεν καὶ ἀργῶν τρέφοιτο, τοῦτον ἀποδέχονται καὶ ταμαζόσονται. Τί γὰρ ὄρητοι τοὺς μὲν μυρίους ἀνασχόμενους ἰδρύσας εἰς τὰς τῆς Ἐκκλησίας κρείας παρεῖδον· τὸν δὲ οὐδέποτε τοιούτων γευσάμενον πόνων, πᾶσαν δὲ τὴν ἡλικίαν ἐν τῇ τῶν ἔξωθεν λόγων ματαποποιῆ καταναλώσασταν, ἐξαίφνης εἰς ταύτην εἰλκυσαν τὴν τιμὴν· Ταῦτα καὶ πλείονα τούτων λέγειν εἶχον ἂν, δεξαμένους·

ἡμῶν τὴν ἀρχὴν. Ἄλλ' οὐ νῦν· πᾶσα γὰρ αὐτὰς κατηγορίας ἐκκόπεται πρόφασις, καὶ οὔτε ἐμοὶ κολακίαν, οὔτε μισθωρίαν ἐκείνοις ἔχουσιν ἐγκαλεῖν, πλὴν εἰ τινας ἀπλῶς μαίνεσθαι βούλοιντο. Πῶς γὰρ ὁ κολακῶν καὶ χρήματα ἀναλασκῶν, ἵνα τυχῆ τῆς τιμῆς, ἦνίκα ἔβαι τυχεῖν, ἑτέροις ἂν ἀφίχην αὐτῆν; Ὅμοιον γὰρ ἂν εἴη τοῦτο, ὥσπερ ἂν εἰ τις πολλοὺς περὶ τὴν γῆν ἀνασχόμενος πόνους, ἵνα βρῆται μὲν αὐτῷ τὸ λῆθον πολλῶ τῶ καρπῷ, οἷον δὲ ὑπερβλύζουσιν αἱ ληνοὶ, μετὰ τοὺς μυρίους ἰδρύσας καὶ τὴν πολλὴν τῶν χρημάτων διαπάνην, ἦνίκα ἂν καλαμπῶσαι καὶ τρυγῆν δέη, τῆνικαὶ τὰ ἑτέροις τῆς τῶν καρπῶν ἐκσταθὶ φορᾶς. Ὅρξες οὖν τότε μὲν εἰ καὶ πόρρω τῆς ἀληθείας ἦν τὰ λεγόμενα, ἀλλ' ὅμως εἶχον πρόφασιν οἱ βουλόμενοι [580] διεβάλλειν αὐτούς, ὡς οἱ ὄρηθ' κρείας λογιμῶν τὴν ἀφρασίαν πιστοιμῶνους; Ἦμεῖς δὲ αὐτοὺς νῦν οὐδὲ χθῆνα οὐδὲ ἀπλῶς διαραῖ τὸ στόμα συνεχωρήσαμεν. Καὶ τὰ μὲν παρὰ τὴν ἀρχὴν λεγόμενα τοιαῦτα ἂν ἦν, καὶ τούτων πλείονα. Μετὰ δὲ τὸ τῆς διακονίας ἀφασθαι οὐκ ἂν ἠρκίσαμεν ἄ καὶ ἐκάστην ἡμέραν τοὺς ἐγκαλοῦσιν ἀπολογοῦμενοι, εἰ καὶ πάντα ἡμῖν ἀναμαρτήτως ἐπράττετο, μὴ δὲ καὶ πολλὰ διαμαρτεῖν ὑπὸ τε τῆς ἀπειρίας καὶ τῆς ἡλικίας ἠναγκάσθημεν ἂν. Νῦν δὲ καὶ ταύτης αὐτοὺς κατηγορίας ἀπηλλάξομεν, τότε δὲ μυρίους ἂν αὐτοὺς περιεβάλομεν ὄνειδος. Τί γὰρ οὐκ ἂν εἶπον; καίτοι ἀνοήτοις πράγματα οὕτω θαυμαστά καὶ μεγάλα ἐπέτρεψαν, ἐλυμήναντο τοῦ Θεοῦ τὸ πόνμον, πατήρια καὶ γέλωσ γέγονε τὰ Χριστιανῶν; Ἄλλὰ νῦν Πᾶσα ἀνομία ἐμπεράξει τὸ στόμα αὐτῆς. Εἰ γὰρ καὶ διὰ σὲ ταῦτα λέγειν, ἀλλὰ ταχέως αὐτοὺς διδάξεις διὰ τῶν ἔργων, ὅτι οὐ χρῆ τὴν σύνεσιν ἡλικία κρῖνειν, οὐδὲ τὸν πρεσβυτήν ἀπὸ τῆς πολιτικῆς δοκιμάζειν, οὐδὲ τὸν νέον πάντως ἀπεργεῖν τῆς τοιαύτης διακονίας, ἀλλὰ τὸν νεώτερον. Πολὺ δὲ ἀμφοτέρων τὸ μέσον.

\* Ibid. πῶς τιμῆν γὰρ docet in maxima manuscriptorum parte, sed habetur in Morel. et Savil.  
 \* Savil. et aliquot mss. ὑποπεύσαι.  
 \* Alii ἀναδεξαμένους.

4 Maxima pars manuscriptorum ἠρκίσαμεν. Savilius autem et Morel. ἠρκισαν. Paulo post aliquot mss. θαυμαστάων.  
 \* Quibusdam habent κατηγορίας. Infra Morel. τίς γὰρ οὐκ ἂν εἶπε, Savil. autem cum maxima manuscriptorum parte τί γὰρ οὐκ ἂν εἶπον.

ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ Τῷ ΤΡΙΤῷ ΛΟΓῷ.

- α'. ὅτι οἱ ἰεροσύνης δὲ ἀπόστασιν παρηγορεῖται ἡμῶν τῆς ἐκείνου ἐπιπέσμεθα ἔλεος.
- β'. ὅτι οὐδὲ διὰ ἀνοητοῦν ἰρίγοροι.
- γ'. ὅτι οἱ δόξας ἐπιπέσμεθα, εἰσέειν μέλλον· τὸ πρόβητ' ἔσθ'.
- δ'. ὅτι ἠμεῖς τῆς ἰεροσύνης καὶ πάλι τῆς πολιτικῆς λειτουργίας ἡμεῖς ἴσως δεύομε.
- ε'. ὅτι πάλι τῆς ἐκείνου ἡ ἐπιπέσμεθα καὶ ἡ τιμῆ.
- ς'. ὅτι τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ μαρτυροῦντο ἄλλοι οἱ ἰεροσύνης.
- ζ'. ὅτι καὶ ὁ Παῖδας παρεῖδεν ἦν, πρὸς τὸ μάρτυρ' τῆς ἀρχῆς ἠμῶν.
- η'. ὅτι πλείονας ἀμαρτημάτων ἐπράττεται, εἰς τὸ μέσον ἔβητο, ἂν πρὸ πρόβητ' ἦν.
- θ'. ὅτι ἀνοητοῦν καὶ τῆς ταύτης ἀλλοτρίως ἀνοητοῦν.
- ι'. ὅτι διὰ τῆς ἰεροσύνης τοιούτων ἀλιεῖται, ἀλλ' ἡ ἡμεῖς πρὸ πρόβητ'.

- α'. ὅτι τῆς ἐπιπέσμεθα τῆς πολιτικῆς λειτουργίας διὰ τῆς ἐκείνου ἐπιπέσμεθα ἔλεος.
- α'. Τῆς μὲν οὖν ὑβρέως ἔνεκεν τῆς εἰς τοὺς τετιμηκόντας, καὶ ὅτι αὐτοὺς οὐ κατασχόμενοι βουλόμενοι ταύτην ἐφύγομεν τὴν τιμὴν· ταῦτα ἂν ἔχοιμεν λέγειν, ἄπερ εἰρήκαμεν· ὅτι δὲ οὐδὲ ἀπὸ ἀνοητοῦς πόνος φωτισθέντες [381], καὶ τοῦτο νῦν εἰς δυνάμειν τὴν ἐμὴν περὶδομαί ποῦσαι φανερόν. Εἰ μὲν γὰρ στρατηγίας ἡμῖν ἢ βασιλείας ἀφῆρας προῦκναιτο, εἰ ταύτην ἢ εἶχον τὴν γνώμην, εἰκότως ἂν τις τοῦτο ὑπέλαθεν, ἢ τότε μὲν ἀπονοίας οὐδέτις, ἀνοίας δὲ πάντες ἂν ἡμᾶς ἔκριναν· ἰεροσύνης δὲ
- \* Duo habent ἐφύγομεν τὴν φωνήν, et sic Savil. in marg.  
 ἢ Alii εἶτα ταύτην. Paulo post a. ii. ἔκρινον. Mox aliqui τοσούτων, et infra ὄσα.





iuo non jam superbiæ, sed amentię me omnes damnarent : at sacerdotio proposito, quod tantum imperio sublimius est, quantum Inter spiritum et carnem est intervallum, audebitne quispiam me superbiæ accusare? Qui porro non absurdum fuerit, eos qui minora respunt insanie accusare, eos autem, qui in longe sublimioribus idipsum faciunt, non jam in amentię, sed in superbiæ crimen vocare? Haud secus ac si quis eum, qui boum armentum despiceret, ac bubulcus esse nollet, non superbiæ, sed amentię accusans, eum qui totius orbis imperium et omnium ubique terrarum exercituum dominatum non acciperet, non insanire diceret, sed superbiâ inflari. Sed non ita est, non ita sane, neque nos magis, quam seipos, criminantur qui hæc jactitant. Nam vel cogitasse tantum, quod possit humana natura tantam despiciere dignitatem, satis indicat quid opinionis circa illam habeant qui id protulerunt : nisi enim putarent esse rem levem ac parvi prelii, nunquam ipsis talis suspicio in mentem venisset. Cur enim de angelica dignitate nullus umquam quid simile suspicari vel dicere ausus est, nempe humanum esse animum, qui præ superbiâ nolit ad illius naturæ dignitatem pervenire? Magua quippe concipimus de Potestatibus illis, idque impedit quominus credamus, posse hominem quilibet majus honore illo sapere. Quo fit ut jure quis illos potius superbiæ accuset, qui hac de re nos criminantur. Neque enim id de aliis suspicari fuisset, nisi prius rem ipsam quasi nullius pretii æstimassent. Porro si id me gloriæ causa fecisse dicant, secum dissentire ac pugnam palam reprehendantur : nescio enim quam aliam orationem quævisissent, si nos ab inanis gloriæ crimine liberare voluissent.

2. *Nos non propter vanam gloriam fugisse.* — Nam si hujusmodi me umquam amor invasit, accipere potius, quam fugere oportuit. Quare? Quia magnam id nobis gloriam attulisset. Si quidem virum hac ætate, qui nuper a sæcularibus curis se abdicaverit, usque adeo admirandum apud omnes derepente videri, ut iis etiam, qui in hujusmodi laboribus totam ætatem contrivissent antefereatur, et plura his omnibus suffragia acciperet; id certe magnam et admirabilem de nobis opinionem omnibus indidisset, nosque conspicuos et illustres exhibuisset. Nuuc vero, paucis exceptis, maxima pars Ecclesie nos ne nomine quidem norunt : adeo ut ne omnibus quidem notum sit quod abnerimus, sed paucis tantum, quos tamen omnes non puto probe nosse quid gestum sit : verisimile autem est eorum multos aut nullatenus nos electos fuisse censere, ut post electionem depulsos fuisse, ut non sat idoneos visos, neque sponte au fugisse.

3. *Si gloriam concupisceremus, tale ministerium eligere oportuit.* — BASIL. At qui rem vere sciunt, mirabuntur. CHRYSOST. Atqui hos ipsos dixisti nobis vanæ gloriæ ac superbiæ crimen offerre. Undenam igitur laus speranda est? A multitudine? At rem, ut peracta est, nesciunt. A paucis? Sed hic quoque vobis res in contrarium cecidit. Neque alio nomine

huc ingressus es, quam ut edisces, que adversus eos defensio paranda sit. Quid vero hac de re accurate nunc proferam? Quod enim etiam omnibus rei veritas nota esset, ne sic quidem superbiæ aut vanæ gloriæ accusare oporteret, si paulum exspectes, id planum tibi erit, atque insuper illud, nempe non iis modo qui id ausi fuerint, si tamen quis reperiat (non enim facile credam), sed etiam iis, qui de aliis suspicantur, periculum non modicum imminere.

4. *Trementum esse nunc sacerdotium magis quam in veteri Lege.* — Sacerdotium enim in terra peragitur, sed caelestium ordinum cæssu obtinet : et jure quidem merito. Non enim homo, non angelus, non archangelus, non alia quæpiam creata potestas, sed ipse Paracletus hoc officium ordinavit, qui manentibus in carne auctor fuit ut angelorum ministerium animo conciperent. Idcirco sacerdotium obeuntem ita purum esse decet, ac si in cælis inter potestates illas collocatus esset. Terribilia namque erant que gratiam præcesserunt (Exod. 28) : qualia erant tintinnabula, mala punicia, lapides in pectore positi, et alii in superbumerali, nitra, cidaris, poderes, lamina aurea, sancta sanctorum, ingens intus quies. At si quis ea, que ad gratiam spectant, consideret, terribilia illa atque horrida, parva esse comperiet : ac quod de lege dictum est, hic quoque verum deprehenderet, nempe, *Non glorificatum est quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam* (2. Cor. 5. 10). Cum enim videris Dominum immolatum et jacentem, et sacerdotem sacrificio incumbentem ac precantem, omnesque pretiosos illo sanguine rubentes, an putas te adhuc cum hominibus et in terra esse? annon potius in cælos translatus, omnique carnali cogitatione eliminata, nudo animo mentequè pura que in cælis sunt circumspicias? O miraculum! o Dei benignitatem! Qui cum Patre sursum sedet, illa hora omnium manibus tenetur, seseque volentibus dat complectendum et accipiendum. Illud autem omnes faciunt oculis fidei. Num tibi hæc contemptu digna videntur? an hujusmodi esse, ut possit quispiam adversus ea extolli? Visue et sanctimonie illius excellentiam ex alio miraculo perspicere? Hæliam mihi ob oculos depinge, immensamque circumfusam turbam, et hostiam lapidibus impositam (3. Reg. 18) : atque omnes alios in quiete et magno silentio stantes, solum vero prophetam precantem : tum repente flammam ex cælis in sacrificium injectam. Admiranda sunt hæc, omnique stupore plena. Illinc te transfer ad ea que nunc peraguntur, ac non mira tantum videbis, sed omnem stuporem superantia. Stat enim sacerdos, non ignem gestans, sed Spiritum sanctum; preces multo tempore fundit, non ut fax demissa cælitus apposita consumat, sed ut gratia in sacrificium delapsa per illud omnium animos inflammet, et argento igne purgato splendoros exhibeat. Hoc itaque terribissimum mysterium, quis

• Aliquot Mss., pontificem.

tandem, nisi admodum insaniam, vel mente captus sit, despiciere queat? An ignotas humanam animam ignem sacrificii hujusmodi nunquam gestare potuisse, sed omnes funditus perituros fuisse, nisi magnaum addesset gratiæ Dei auxilium?

5. *Magnam esse sacerdoti potestatem: et dignitatem.* — Si quis enim secum reputet quantum illud sit, nempe hominem carnis et sanguine involutum, prope beatam illam et immortalæ naturam constitutum, tunc probe intelliget quanto honore Spiritus gratia sacerdotes ornaverit. Nam per eos hæc peraguntur aliaque his nihilo inferiora, quæ ad dignitatis salutisque nostræ rationem spectant. Etenim qui terram incolunt in eaque commorantur, ad ea quæ in caelis sunt dispensanda commissi sunt, potestatemque acceperunt, quam neque angelis neque archangelis dedit Deus. Neque enim illis dictum est: *Quæcumque ligaveritis in terra, erunt ligata et in celo; et quæcumque solaveritis in terra, erunt soluta et in celo* (Matth. 18. 18). Habent quidem illi, qui in terra imperant, potestatem ligandi, verum corpora solum: hoc autem vinculum ipsam attingit animam, caelosque transcendit: ac quæcumque inferne sacerdotes faciunt, eadem Deus superne confirmat; servorumque sententiam ipse Dominus ratam facit. Quid enim aliud illis dedit, quam omnem caelestium potestatem? nam *Quorum, inquit, remisistis peccata, remittuntur; et quorum retinueritis, retenta sunt* (Joan. 20. 23). Quæ major hæc potestas fuerit? *Omne judicium dedit Pater Filio* (Joan. 5. 22): videoque ipsum omne ipsis traditum a Filio esse. Ac si enim jam in episcopos translati essent, atque humanam naturam exsuperasset, a nostris affectibus liberati, ita in tantum imperium evecti sunt. Ad hæc, si Imperator subditorum culpam hunc honorem contulerit, ut quos liberuit possit in carcerem conjicere indeque eruere, ille admirandus et conspicuus apud omnes habetur; at is qui a Deo tanto majorem potestatem accepit, quanto caelum terra pretiosius est, et quanto animæ corporibus, ita exiguum nonnullis videtur honorem accepisse, ut cogitari possit, quempiam hoc sibi conceditum donum despiciere. Apagæ insaniam; insaniam namque manifesta est, tantum principatum despiciere, sine quo neque salutem neque promissa bona consequi possumus. Nam si non potest quis intrare in regnum caelorum, nisi per aquam et spiritum regeneratus fuerit (Joan. 3. 5); et qui non manducat carnem Domini, nec bibit ejus sanguinem, æterna vita privatur (Joan. 6. 54): hæc autem omnia non aliter, quam per sanctas illas manus, sacerdotum nempe, perficiuntur: quis sine illarum opera aut gebemæ ignem effugere, aut repositas assequi coronas poterit?

6. *Magnam esse sacerdotum munus.* — Illi namque sunt, hi sunt, quibus concediti sunt spirituales partus et generatio per baptismum: per hos Christum induimus, et cum Filio Dei sepelimus, membra beatissimi captis efficiuntur. Ita non modo principibus ac regibus formidabiliores, sed patribus etiam venerabiliores nobis jure fuerint. Illi enim ex sanguinitus

exque voluntate carnis nos genuerunt; hi vero illius quæ ex Deo est regenerationis nobis auctores sunt, beatæ nempe illius regenerationis, veræ libertatis, et illius quæ secundum gratiam est adoptionis. Corporis lepram purgare, imo potius nullatenus purgare, sed purgatos probare tantum, Judæorum sacerdotibus licebat (Levit. 14): et tamen nosti quanta tunc esset pro sacerdotali dignitate concertatum. Hi vero non lepram corporis, sed immunditiam animæ, non purgatum probandi, sed prorsus purgandi potestatem acceperunt; ita ut qui ipsos continentur, longe secleratiores et graviore supplicio digniores sint ipso Dathan et sociis ejus (Num. 16). Illi enim, etsi principatum ad se non spectantem sibi vindicarent, attamen miram quamdam de illo opinionem habebant, ut ex magno illius desiderio palam faciebant: hi vero, postquam sacerdotium tantopere ornatum est, tantumque accepit incrementum, contra quam illi, sed tamen longe graviora ausi sunt. Neque enim par est contemptus, non competentem sibi honorem ambire, et tanta bona despiciere; sed tanto gravius hoc illo est, quantum est inter fastidium et admirationem intervallum. Quis ita miser fu-rit, ut tot bona despiciat? Neminem dixerim, nisi quis diabolico stimulo concitetur. Verum eo jam relibo, unde digressus sum: neque eorum in ponendo solum, sed etiam in beneficiendo majorem sacerdotibus quam parentibus potestatem dedit Deus: tantaque est inter utroque differentia, quanta inter presentem et futuram vitam. Nam illi quidem in hæc vitam, hi in futuram gignunt: atque illi ne corporalem quidem interitum a liberia amoliri possunt, non ingruentem morbum depellere; hi vero agram et mox interitum animam sæpe servarunt, aliis remissionem penam reddentes, alios prorsus labi non sientes; idque non doctrinæ tantum atque monitionum, sed etiam orationum auxilio. Neque enim tantum cum nos regenerant, sed etiam post regenerationem admissa peccata condonare possunt. Nam *Infirmatur, inquit, quis in vobis? advocet presbyteros Ecclesie, et orent super eo, ungentes eum oleo in nomine Domini. Et oratio fidei salvabit infirmum: et excitabit eum Dominus: et si peccata fecerit, remittentur ei* (Jac. 5. 14. 15). Insuper naturales parentes, si viros quosdam principes et potentes eorum liberi offenderint, opera ipsis nullam afferre possunt. Sacerdotes vero non principes, non reges, sed ipsum Deum iratum illis sæpe reconciliarunt. An postea quæpiam ausit nos superbie accusare? Ego enim ex jam dictis tantam puto religionem auditorum animos occupasse, ut non ultra eos, qui fugiunt, sed eos qui suoque metu accedunt, et tantum sibi ambiunt honorem, arrogantiae et audaciæ dament. Nam si illi quibus civitatum magistratus concediti sunt, nisi admodum prudentes ac vigilantes fuerint, sæpe republicam seipsoque simul in perniciem dederunt, qui Christi sponsam orandam suscipit, quanta tibi videtur potestate indigere, tum sua, tum superne data ut non peccet?

7. *Ipsam etiam Paulum formidasse sacerdotium.* —

ὀπερρονήσας ἑνοήσεται; Ἡ ἀγωνία, ἐπὶ οὐκ ἂν ποτε ἀνθρωπίνη ψυχὴ τὸ πῦρ ἐκεῖνο τῆς θουσίας ἐθάτασεν, ἀλλ' ἄρδην ἂν ἅπαντες ἤρανίσθησαν, εἰ μὴ πολλὴ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ἦν ἡ βοήθεια.

ε'. Εἰ γὰρ τῆς ἐνοήσασαι ὄσον ἐστὶν ἀνθρωπων ὄντα, καὶ ἐπὶ σαρκὶ καὶ αἵματι περιπεπλεγμένον, τῆς μακαρίας καὶ ἀκράτου φύσεως ἐκείνης ἔγγυς ἑνοήθησαι γενώσθαι, τίς θάρσει καλεῖται ὅστις τοὺς ἱεροὺς τιμῆς ἢ τοῦ Πνεύματος ἔζησεν χάρις. Διὰ γὰρ ἐκείνων καὶ ταῦτα τελεί-  
ται, καὶ ἕτερα τούτων οὐδὲν ἀπολείποντα, καὶ εἰς ἀξιώμα-  
τος καὶ εἰς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας λόγον. Οἱ γὰρ τὴν γῆν οἰκοῦντες, καὶ ἐν αὐτῇ ποιοῦμενοι τὴν διατριβήν, ἐπὶ ἐν οὐρανοῖς δοκεῖν ἐπιτρέπησαν, καὶ ἐξουσίαν ἔλα-  
βον ἢν οὐτὸς ἀγγέλους ὅστε ἀρχαγγέλιος ἔδωκεν ὁ Θεός. Οἱ γὰρ πρὸς ἐκείτους εἶρηται· Ὅσα ἂν ὀρίσῃτε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδομένα καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ὅσα ἂν λίσθητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τῷ οὐ-  
ρανῷ. Ἐχοῦσι μὲν γὰρ καὶ οἱ κρατούμενοι ἐπὶ τῆς γῆς τὴν τοῦ δεσμιᾶν βίβουσαν, ἀλλὰ σωματικῶν μόνον οὕτως ἐπὶ δεσμιᾶν αὐτῆς ἄπειται τῆς ψυχῆς, καὶ διαβαίνει τὸς οὐρανοῖς· καὶ ἄπερ ἂν ἐργάσονται κάτω οἱ ἱερεῖς, ταῦτα ὁ Θεός ἄνω κυροῖ, καὶ τὴν τῶν δούλων γνώμην ὁ Δεσπότης βραβείω. Καὶ τί γὰρ ἀλλ' ἢ πᾶσαν αὐτοῖς τὴν οὐράνην ἔδωκεν ἐξουσίαν; Ἄν γὰρ ἂν, φησὶν, ἀφῆτε τὰς ἀμαρτίας, ἀφένται, καὶ ἂν ἂν κρατῆτε, κεκρά-  
νηται. Τίς ἂν γένοιτο ταύτης ἐξουσία μίζων; Πᾶσαν τὴν κρίσιν ἔδωκεν ὁ Πατὴρ τῷ Υἱῷ ὅρῳ δὲ πᾶσαν αὐτὴν τούτους ἐγγειοσθέντας ὁ πῶς τοῦ Υἱοῦ. Ἄσπερ γὰρ εἰς οὐρανοῦς ἦδη μετατεθέντες, καὶ τὴν ἀνθρωπι-  
κίαν ὑπερβάλλοντες φύσιν, καὶ τὴν ἡμετέρων ἀπαλλα-  
γίντες παθῶν, οὕτως εἰς αὐτὴν ἤχησαν τὴν ἀρχήν. Ἔτα, ἂν μὲν βασιλεὺς τινι τῶν ὄν' αὐτὸν ὄντων ταύτης μεταδῷ τῆς τιμῆς, ὥστε ἐμβάλειν εἰς δεσμοτήριον οὗς ἂν ἐθέλῃ, καὶ ἀφίναται πάλιν, ζηλωτὸς καὶ περι-  
θλιπτός παρὰ πᾶσιν οὗτος· ὁ δὲ παρὰ Θεοῦ τοσοῦτω μείζονα ἐξουσίαν λαβὼν, ὅσῳ γῆς τιμιώτερος ὁ οὐρανοῦς καὶ σωματικῶν ψυχῶν, οὕτω μικρὰν πικρὴν ἔδωκεν εὐλόγη-  
σαι τιμὴν, ὡς ἑνοήθησαι καὶ ἐνοήσασαι ὅτι τὸν ταῦτα τῆς πιστευθέντων ὑπερρροήσεως τῆς δωρεᾶς. Ἄπαγε τῆς μαχίας ἵ μανία γὰρ περιφανὴς ὑπεροφῆ τῆς τοσαύτης ἀρχῆς, ἥς ἄνευ οὐτε σωτηρίας ἡμῶν, οὐτε τῶν ἐπιγ-  
γεμμένων τυχεῖν ἐστιν ἀγαθῶν. Εἰ γὰρ οὐ δύναται τις εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἢ μὴ δι' ὄδοτος καὶ πνεύματος ἀναγεννηθῆσθ', καὶ ὁ μὴ τρώγων τὴν σάρκα τοῦ [384] Κυρίου, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ πίνων, ἐκβέβηται τῆς αἰωνίου ζωῆς, πάντα δὲ ταῦτα δι' ἐτέ-  
ρον μὴ οὐδένος, μόνον δὲ διὰ τῶν ἄλων ἐκείνων ἐπιτε-  
λεῖται χειρῶν, τῶν τοῦ ἱερέως λέγω· πῶς ἂν τις, τοῦ-  
των ἐκτός, ἢ τοῦ τῆς γέννησιν ἐκφυγεῖν ἑνοήσεται πῦρ, ἢ τῶν ἀποκρινόμενων στεφάνων τυχεῖν;

ς'. Οὗτοι γὰρ ἡμῶν εἰσιν, οὗτοι οἱ τῶς πνευματικῆς πι-  
στευθέντες ὄντας, καὶ τὸν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐπιτρα-  
πένας τόκον διὰ τούτων ἐνοήσασαι τὸν Χριστὸν, καὶ  
συνσπατόμεθα τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, μέλη γινώμεθα τῆς μα-  
καρίας ἐκείνης κεφαλῆς.<sup>α</sup> Ὡστε ἡμῶν οὐκ ἀρχόντων μόν-  
ον, οὐδὲ βασιλέων φοβερώτερος, ἀλλὰ καὶ πατέρων τι-  
μιώτερος δικαιῶς ἂν εἴναι. Οἱ μὲν γὰρ ἐξ αἰμάτων καὶ ἐκ  
θελήματος σαρκὸς ἐγέννησαν, οἱ δὲ τῆς ἐκ τοῦ Θεοῦ γεν-

νήσεως ἡμῶν εἰσιν οἶκος, τῆς μακαρίας παλιγγενεσίας  
ἐκείνης. τῆς ἐλευθερίας τῆς ἀληθοῦς καὶ τῆς κατὰ χρίν  
υποθεσίας. Ἀλέφραν σώματος ἀπαλλάττειν, μέλλον δὲ  
ἀπαλλάττειν μὲν οὐδαμῶς, τοὺς δὲ ἀπαλλαγέντας δοκι-  
μάζειν μόνον εἶχον ἐξουσίαν οἱ τῶν Ἰουδαίων ἱερεῖς, καὶ  
οἴσθη πῶς περιμύθησαν ἦν τὸν ἱερέων ὅσπερ. Οὗτοι δὲ  
οὐ λέφραν σώματος, ἀλλ' ἀκαθαρσίαν ὑψυχῆς, οὐκ ἀπαλ-  
λαγίσαν δοκιμάζειν, ἀλλ' ἀπαλλάττειν παντελῶς ἔλαφον  
ἐξουσίαν. Ὡστε οἱ τούτων ὑπερρῶντες πολλῶ καὶ τῶν  
περὶ Δαθὼν εἰεν ἐναγέστεροι, καὶ μέλλονος βῆται τιμω-  
ρίας. Οἱ μὲν γὰρ εἰ καὶ μὴ προσηκούσης οὕτως ἀντεποι-  
οῦντο τῆς ἀρχῆς, ἀλλ' ὅμως θαυμαστὴν τινα περὶ αὐτῆς  
εἶχον ἔδωκεν, καὶ τοῦτο τῷ μετὰ πολλῆς; ἐφέσεως ἐποδοῆς;  
Ἐδείξαν οὗτοι δὲ, ὅτε ἐπὶ τὸ κρεῖττον διοικησθήσθαι καὶ  
τοσαύτην ἔλαβον ἐπίδοτον τὸ πρῶγμα, τότε ἐξ ἐναντίας  
μὲν ἐκείνων, πολλῶ δὲ ἐκείων μείζονα περὶ ἡλικίαν,  
οὐδὲ γὰρ ἴσον εἰς καταρροήσεως λόγον ἐφέσασαι μὴ  
προσηκούσης τιμῆς; καὶ ὑπερρῶν τοσοῦτων ἀγαθῶν,  
ἀλλὰ τοσοῦτω μείζον ἐκείνο τοῦτον, ὅσῳ τῷ διακρίσει  
καὶ θαυμάζειν τὸ μέσον ἐστὶν. Τίς οὐν ὁδῶς ἠέλιος  
ψυχῆς; ὡς; τοσοῦτων ὑπερρείων ἀγαθῶν; Οὐκ ἂν ποτε ἐθ-  
δένα φαῖν ἔγωγε, πλὴν εἰ μὴ τις ὁστρην ὑπομείνειν  
δαμονίων. Ἄλλὰ γὰρ ἐπὶ αὐτῶν πάλιν ὄσαν ἐξέβη; οὐ  
γὰρ ἐν τῷ καλῶζειν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ποιεῖν εὖ,  
μείζονα τῶ; ἱερεῖων ἔδωκεν δύναμιν τῶν φυσικῶν γυν-  
νάων ὁ Θεός; καὶ τοσοῦτων ἀμαρτηρῶν τὸ διαφύρον, ὅσον  
τῆς πρῶσεως καὶ τῆς μελλούσης ζωῆς ε'. Οἱ μὲν γὰρ  
εἰς ταῦτην, οἱ δὲ εἰς ἐκείνην γεννώσθαι; κἀκεῖνοι μὲν οὐδὲ  
τὸν σωματικὸν αὐτοῖς δύνανται; ἂν ἀμύναι δένατον, οὐ  
νέσαν ἐπενεγχθεῖσαν ἀποκρούσασθαι, οἱ τοὶ δὲ καὶ κά-  
μνουσαν καὶ ἀπόλλυσθαι μέλλουσαν τὴν ψυχὴν πειλάμης  
ἔσωναν, τοὶ μὲν προσητῶν τὴν κλίσαν ἐργασάμενοι,  
τοὺς δὲ οὐδὲ παρὰ τὴν ἀρχὴν ἀφέντες ἐμπεσῖν, ὡς τῆ  
διδοσκειν μόνον καὶ νοουθετεῖν, ἀλλὰ καὶ τῷ δι' εὐχῶν  
βοηθεῖν. Οὐ γὰρ ὅταν ἡμᾶς ἀναγεννώσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ  
ἐκ μετὰ ταῦτα συγγεῖν ἔχουσαν ἐξουσίαν ἀμαρτη-  
ματα. Ἄσθενεῖ γὰρ τις, φησὶν, ἐν ὄμν; προσκαλι-  
σάσθω τοὺς προσητῶν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ  
προσητῶσθωσαν ἐπ' αὐτὸν ἰ, ἀλείψαντες αὐτὸν  
ἐλαίῳ ἐν τῷ ὄνοματι τοῦ Κυρίου. Καὶ ἡ εὐχὴ τῆς  
πίστεως ὁσσει τὸν κἀνοντο, καὶ ἐγερῆσθαι αὐτὸν ὁ  
Κύριος· κἀν ἀμαρτίας ἢ πεσοχητός, ἀσθησσο-  
ται [385] αὐτῷ. Ἐπειτα οἱ μὲν φυσικῶι γυνεῖ, εἰ μὲν  
τισι τῶν ὑπερρῶντων καὶ μεγάλα ὕδ; ἢ δυναμένων  
προσητῶσαι εἰ καίτοις, οὐδὲν ἀπολείψαι ἔχουσαν ὠφέλει-  
ν οἱ δὲ ἱερεῖς οὐκ ἄρχοντας, οὐδὲ βασιλεῖς, ἀλλὰ αὐτὸν  
αὐτοῖς πολλάκις ὀρησθέντες κατῆλλαξαν τὸν Θεόν. Ἐπι-  
οῦν ἡμᾶς μετὰ ταῦτα τοιμήσει τις ἀνομιᾶς κρίνειν;  
Ἐγὼ μὴ γὰρ ἐκ τῶν ἐπρὶ μῶν τοσαύτην εὐλάθειαν  
ὀμαι τὰς τῶν ἀκούοντων κατασχέειν ψυχὰς, ἴως μικρῆς  
τοῦς φεύγοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀπ' ἐαυτῶν προσητῶν  
καὶ στουδάζοντας ταύτην ἐλαυτὸς κησασθαι τὴν τιμὴν,  
ἀπονομίας καὶ τόλμης κρίνειν β'. Εἰ γὰρ οἱ τὰς τῶν πό-  
λεων ἀρχὰς πιστευθέντες, ὅταν μὴ συντελοῖ καὶ λίαν ἐξεί-  
τυχῶσων ἔδωκε, καὶ τὰς πλείους ἀνέτρεφαν, καὶ ἐαυ-  
τοὺς προσητῶσαν ὁ τοῦ Χριστοῦ τὴν νόμην κατα-  
κομμεῖν λαχόν, πόσης σοι δοκεῖ δεῖσθαι δυνάμειος καὶ  
τῆς φερ' αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνωθεν πρὸς τὸ μὴ διαμαρτεῖν;

<sup>α</sup> Savil. et alij quot mss. περιλαμπῶν.  
<sup>β</sup> Alii τοῦ δεσποῦ, alii τοῦ δεσπιῶν. Infra alijqui mss. διαβαί-  
νει εἰς οὐρανοῦς.  
<sup>γ</sup> Alii τούτους ἐγγειοσθέντων.  
<sup>δ</sup> Sic Savil. et maxima pars mss. Morel. vero τ. μ. σαρκ. ἐκ.

<sup>ε</sup> In quibusdam mss. post ζωῆς additur τὸ μέσον. Infra qui-  
dam ἀμύνησων.  
<sup>ζ</sup> Quibusdā mss. ὑπὲρ αὐτοῦ.  
<sup>η</sup> In q. ubi dicitur deo deest. Max alii ἰσχυροῦσιν ὠφέλειαν.  
<sup>θ</sup> A. H. καὶ τὸ μὴ προσσητῶσαι. Max alijqui ἐμπεσόντες, etc.



Nemo Christum magis quam Paulus dilexit, nemo majus quam ille studium exhibuit, nemo majore gratia dignatus est. Attamen tot fulgus praeclaris dotibus adhuc timebat tremebatque, tum principatus hujusmodi, tum subditorum causa: *Timeo enim, inquit, ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri a simplicitate, quae est in Christo* (2. Cor. 11. 3); ac rursus: *In timore et tremore multo factus sum ad vos* (1. Cor. 2. 5): homo in tertium caelum raptus atque arcanis Dei communicans (2. Cor. 12. 2), totique perpeccus mortis, quot dies post susceptam fidem viveret: homo qui data per Christum potestate uti noluit, ne quis credentium scandalizaretur. Si igitur ille, qui majora, quam praecipua Dei<sup>1</sup> ferrent, praestaret, et nunquam qua sua erant quaereret, sed quae subditorum, ita formidolosus erat, cum ad principatus magnitudinem respiceret, quid faciemus nos, qui saepe nostra quaerimus, qui Christi mandata non solum non superamus, sed majori ex parte transgredimur? *Quis infirmatur, inquit, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror* (2. Cor. 11. 29)? Talem esse oportet sacerdotem, imo non talem solummodo: parva enim haec sunt, imo nihil his comparata, quae jam dicturus sum. Quenam haec? *Optabam, ait, anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem* (Rom. 9. 3). Si quis possit hanc emittere vocem, si quis ea praeditus sit anima, quae ad hujusmodi votum accedere possit, is jure possit argui si fugiat. At si quis tantum ab hac virtute remotus sit, quantum nos sumus, non cum fugerit, sed cum in unum susceperit, odio dignus est. Neque enim si qua militaris dignitatis electio proponeretur, et si quibus tale munus deferendi potestas inculmberet, fabrum armarum, aut coriarum, aut similibus artificum in medium pertractum exercitui praeficerent, niscr ille laudaretur, si non fugerit, nec omnino ageret ut non se in malum imminens conjiceret. Nam si satis est pastorem vocari, et munus utcumque accipere, nullumque adsit periculum, quis pro lubito nos inanis gloriae accuset; sin magna prudentia, si ante praesentiam magna Dei gratia, morum probitas, vitae puritas, et major humana virtus requiritur in illo, et qui talem curam suscipit: ne me venia privatum velis, si frustra ac tenere me in perniciem dare nolum. Etenim si quis navem ducens innumeris onustam mercibus, remigibusque plenam, me ad gubernacula constitutum jubere: *Ægeum* Tyrrhenumve mare trajicere, ad primum rei auditum resiliem: ac si quis causam rogaret, me navem submersuram responderem. Itane ubi pecuniae tantum jactura timetur, nec nisi corporeae mortis periculum est, nemo arguet si quis magna cautione utatur; ubi autem naufragis non in hoc pelagus curruendum, sed in abyssum ignis cadendum est, et mors expectanda, non quae animam a corpore, sed quae hanc cum illo in supplicium aeternum conficiat, jam quia non temere in tantum nos malum praecipitavimus, irascimini nosque odio habebitis?

<sup>1</sup> Alii, Christi.

8. *Saepe sacerdotem peccare, nisi facti sit animo.* — Abiit quae so et obsecro. Novi opinionam meam, infirmam illam et exiguum, necnon ingentem rei difficultatem. Majores sane fluctus iis, quos in mari excitant venti, sacerdotis animum concutunt.

9. *Vanae gloriae periculum.* — Primum autem omnium est teterrimum ille vanae gloriae spiritus, longe infestior illo Sirenarum portento, quod poetas conflungunt. Illud enim multi praeternavigantes effugere sine dano poterant; mihi ita molestus hic scopulus est, ut ne nunc quidem, ubi nulla me in hoc baderum compellit necessitas, a malo hujusmodi evadere possim. Si quis autem hanc mihi praefecturam tradat, perinde faciat ac si ligatus a tergo manibus me feris hujus scopuli incolis quotidie lacerandus tradat. Quenam illae ferae? Ira, tristitia, invidia, contentio, calumniae, eriminationes, mendacium, hypocrisis, iusdix, irae<sup>1</sup> contra nihil laedentes, voluptates dum ministrorum turpitudine, lucus de prosperitate, laudum cupido, honoris desiderium (hoc enim maxime omnium humanum perimit animum), doctrinae ad voluptatem, illiberales adulationes, palpationes sordidae, despectus pauperum, cultus divinum, honores indebiti et daninosi, gratiarum largitiones periculum creantes tam largientibus quam accipientibus, timor servilis vilissimisque tantum mancipis congruus, fiducia eliminatio, humilitatis species quidem multa, veritatis nulla, arguendi et increpandi facultas sublata; imo potius contra inopes ultra mensuram, adversus autem optinatas ne hiscere quidem quisquam audeat. Haec quippe omnia et horum plura alit scopulus illa ferarum genera, quibus semel capti, in tantam necessario servitutem rediguntur, ut et in mulierum gratiam multa saepe facere cogantur, quae ne fieri quidem decet. Nam lex divina illas ab hoc ministerio repulsi (1. Cor. 14. 34): illae vero se intrinmittere conantur: et quia nihil per se possunt, per alios omnia agunt, tantamque obtinent potestatem, ut quos velint episcopos vel cooptent, vel ejiciant, ac quae sursum deorsum faciant: hoc sane in proverbio vulgatum ipsis oculis videre licet: *Principes suos agunt subditi* (1. Tim. 2. 12): atque utinam viri, non illae etiam quibus ne quidem docere permittitur. Quid dico docere? ne loqui quidem in Ecclesia beatus Paulus concessit (1. Cor. 14. 34). Audivi tamen quemdam dicentem, quod tantum ipsis impertissent libertatem, ut etiam Ecclesiarum antistites objurgarent, illosque acerbius quam servos domini incescerent.

10. *Non esse ipsum sacerdotium malorum causam.* — Ceterum ne quisquam existimet me omnes simul de memoratis criminibus reos agere. Sunt enim, sunt, inquam, multi his rebus superiores, imo plures iis qui capti sunt. Neque tamen sacerdotium tanquam horum causam malorum culpaverim: absit ut eo usque insaniam; neque enim forrum cedium, neque vinum ebrietatis, neque fortitudinem contumeliae, neque robur inconsideratae auidaciae, sed eos qui Dei donis illicite utuntur, omnes sanae mentis

<sup>1</sup> Alii, ira.

hominem causam esse dicunt, illosque puniunt. Quodquidem et sacerdotium non jure culpare possit, si non recte ipsum tractemus: neque enim in causa est eorum, quæ supra diximus, malorum: sed nos ipsum tantis, quantum facultas tuit, poluimus sordibus cum quibuslibet ipsum tradimus: qui cum ne animi quidem sui vim edicerint, neque rei molem considerent, oblatum munus avide suscipiunt; cum autem manus operi admovenda est, imperitia sua obtenebrati commissos sibi populos malis replent innumeris. Hoc sane, hoc ipsum pene in vobis futurum erat, nisi nos Deus subito ex tantis periculis erui-set, et Ecclesie sævæ et animæ nostræ consulens. Siquidem dic mihi, unde puta; tanto in Ecclesiis oriri tumultus? Ego sane non aliunde existimo, quam quia præsulum electiones temere et inconsulto fiunt. Nam caput oportebat firmissimum esse, ut pravæ exhalationes ex imo corpore emissas dispensare et ad congruentem statum reducere posset. Cum autem per se caput infirmum est, nec morbosos illos vapores depellere potest, tunc ipsum infirmus in dies redditur, et reliquum corpus secum in perniciem trahit. Quid ne nunc etiam fiat, in pedum ordine nos Deus servavit, quo in statu ab initio fuimus. Multa enim, Basili, multa sane sunt, præter ea quæ diximus, sacerdoti necessaria, quæ nos non habemus. Illud vero præ omnibus, nempe illius numeris concupiscentia animus ejus omnino vacuus sit oportet; nam si ad eum principatum nimio affectu propuceat, eo adepto vehementer accendit flammam: ac vi captus, ut cum sibi firmiorem statuat, immera sustinet mala, sive adulandum sit, sive quidpiam servile atque indignum sustinendum, sive pecunie multæ absumenda. Nam quod multum ejus dignitatis gratia pugnantis Ecclesias credibus repleverint, civitatesque devastaverint, id jam misum facio, ne quibusdam incredibilia narrare videar. Oportere autem puto tanta circa rem hanc pietate teneri, ut illius molem onusque declines; adeptus non aliorum judicia expectes, si quando in delictum incidas depositione dignum, sed anteverrens teipsum ab illo munere exturbes. Sic enim par est ut divinam misericordiam impetres: quod si præter decorem obstitas, te indignum veniam constituis, nungisque Dei iram accendis, dum secundum addis deterius facimus.

11. *Cupiditas principatus expellenda ex animo sacerdotis.* — Sed nemo unquam hoc dedecus sustinet. Grave quippe est, grave admodum hunc honorem appetere. Id vero dico, non cum beato Paulo decertans, sed veris ejus maxime consentiens. Quid enim ait ille? *Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat* (1. Tim. 3. 1). Ego vero non opus, sed auctoritatem et potentiam desiderare grave dico esse. Hancque concupiscentiam toto studio ab animo deturbandam, neque vel initio retinendam censeo, ut cum libertate omnia facere possit. Nam qui non concupiscit in hac potestate splendere, is sane deturbari non formidat: si non formidet, cum ea quæ Christianos

debet libertate omnia facere poterit. Itaque qui inde deturbari metuent ac formidant, duram multisque incommodis refertam sustinent servitutem, atque in hominum ipsiusque Dei offensionem incurrere sæpe coguntur. Non sic autem anima affecta esse debet; sed quemadmodum in præliis strenuos milites videmus alaeriter pugnare, fortiterque cadere, ita et vos, qui ad hoc ministerium accedunt, par est et sacerdotio fungi, et a principatu dejecti eo modo, quo Christianos virum decet, cum sciant talem depositionem non minorem, quam ipsum principatum, referre eorum. Quando enim quis, ut nihil indecorum, vel dignitati non consentaneum sustineat, simile quidpiam patitur, et se injuste deponentibus supplicium, et majorem sibi mercedem procurat: nam *Beati*, inquit, *estis, cum exprobraverint vos et persecuti fuerint, et dixerint omne malum verbum adversum vos mentientes, propter me: gaudete et exultate, quia multa est merces vestra in caelis* (Matth. 5. 11. 12). Et hæc cum a communiis, vel per invidiam, vel ad aliorum gratiam, vel per inimicitiam, vel alia quadam non recta ratione, quis ex loco suo movetur. Cum autem ab adversariis id patitur, nulla puto esse oratione opus ad lucrum demonstrandum, quod malitia sua ipsi colligunt. Id ergo undique circumspiciendum et accurate explorandum est, ne qua desiderii illius scintilla ardens lateat. Optandum quippe est eos, qui initio hoc morbo liberi fuerint, ubi ad hujusmodi dignitatem pervenerint, illum effugere posse. Quod si quis, ante quam honorem illum assoquat, hæc sævam inhumanemque feram penes se nutriat, dici nequit in quantum formicæ illum nactus se conjiciat. Nos autem (ne vero putes modestæ causa me ullatenus apud te mentiri velle) magna hujusmodi cupidine tenemur: quæ res una cum aliis omnibus non parum nos exterruit, et in hæc fugam vertit. Quemadmodum enim corporum amatores, quamdiu licet cum amatis versari, gravorem morbi cruciatum habent, cum autem procul illis abducuntur, tunc insaniam excutiant, sic et qui principatus istius cupidine tenentur, cum penes illum sunt, malo ferendo sunt impares; ubi vero spem amittunt, cum expectatione ipsam cupidinem extinguunt.

12. *Sopientissimum oportere esse sacerdotem.* — Hæc una causa est non mediocri: quæ licet sola esset, nos ab hac dignitate arceere posset. Verum et alia additur hæc non minor. Quæ illa? Vigilantem oportet episcopum esse, perspicacem, et innumeris undique præditum oculis, utpote qui non sibi solum, sed tantæ multitudinis vivat (1. Tim. 3. 2). Nos vero segnes sumus et remissi, et nostræ salutis vi sufficientes. Hoc vel tute lateare, qui maxime omnium amicitia causa mala nostra obtegere conaris. Ne mihi enim hæc jejuniæ alleges, vel vigiliæ, vel lami cubationem, et reliquam corporis macerationem: nam quantum ab his virtutibus absimus nos ignoras. Etiam si vero a nobis accu-

\* Alii, honorem procurat.

σι· ἀδικαίως ἡμῖν οὐκ ὀρθῶς αὐτὴν μεταχειρίζουσιν. Οὐ γὰρ αὐτὴ τῶν εἰρημονῶν ἡμῖν αἰτία κακῶν, ἀλλ' ἡμεῖς· αὐτὴν τοσοῦτοις, τὸ γε εἰς ἡμᾶς ἔχον, καταβρῦπαμένοι μολυσμοῖς, ἀνθρώποις τοῖς τυχοῦσιν ἐγγχερίζοντες αὐτὴν· οἳ γε οὕτε τὰς ἐλευθέρων πρότερον καταμαθόντες· ψυχὰς, οὔτε εἰς τὸν τοῦ πράγματός ἔχον ἀποβλήσαντες, εἴχοντα μὲν προθύμως τὸ δειδόμενον, ἥνικα δ' ἂν εἰς τὸ πράττειν ἔλθοιεν, ὑπὸ τῆς ἀπειρίας σκοτούμενοι, μωρίων ἐμπειλῶντα κακῶν οὐκ ἐπιστεύθησαν λαοῦ. Τοῦτο δὲ, τοῦτο, ὅπερ καὶ ἐφ' ἡμῶν μικροῦ δεῖν ἐμελεῖ γίνεσθαι, εἰ μὴ ταχέως ἡμεῖς ὁ θεὸς τῶν κινδύνων ἐκείνων ἐξέδικασε, καὶ τῆς Ἐκκλησίας τῆς αὐτοῦ καὶ τῆς ἡμετέρας· φεβόμενος ψυχῆς. Ἐπὶ πόθεν ἔ, εἰπέ μοι, νομίσεις τὰς τοσαύτας ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τίνασθαι ταραχὰς; Ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδὲ ἀλλοθεν ποθεν, οἶμαι, ἢ ἐκ τοῦ τὰς τῶν προσεταῶν ἀπειρίας καὶ ἐκλογῆς ἀπόδος καὶ ὡς ἔτυχε γίνεσθαι. Τὴν γὰρ κεφαλὴν ἰσχυροτάτην εἶναι ἔχρησ', ἵνα τοὺς ἐκ τοῦ λοιποῦ σώματος κατώθεν περιπονοῦντες ἀποδοῦς πονηρῶς διοικεῖν καὶ εἰς τὸ δόλον κατωσιζῆν δύνῃται. Ὅταν γὰρ ἔ καθ' ἐλευθέρων ἀσθενῆς οὕσα τύχη, τὰς νοσοποιούς ἐκείνας προσβολὰς ἀποκρούσασθαι μὴ δυναμένη, αὐτὴ τε ἀσθενεστέρᾳ μᾶλλον ἔπερ ἐστὶ καθίσταται, καὶ τὸ λοιπὸν μεθ' αὐτῆς προσάλλεται σῶμα. Ὅπερ ἵνα μὴ καὶ νῦν γένηται, ἐν τῇ τάξει τῶν πᾶσιν ἡμεῖς ἐφύλαξεν ὁ θεός, ἥνεκε καὶ ἐλάχοντες ἐξ ἀρχῆς. Πολλὰ γὰρ ἔστιν, ὡς Βασίλειος, πρὸς τοὺς εἰρημῶνους, πολλὰ ἕτερα, ἃ τὴν ἰαρωμένον ἔχειν χρῆ, ἡμεῖς δὲ οὐκ ἔχομεν· καὶ πρὸ γε τῶν ἄλλων ἐκείνῳ πανταχόθεν αὐτῷ τῆς τοῦ πράγματός ἐπιθυμίας καθαρεύειν δεῖ τὴν ψυχὴν ὡς ἂν προσπαῦς πρὸς ταύτην διακειμένης τύχη τὴν ἀρχὴν, γενόμενος ἐκ' αὐτῆς, ἰσχυροτέραν ἀνάπτει τὴν φλόγα, καὶ κατὰ κράτος ἀλοῦς, ὑπὲρ τοῦ βεβαίαν [388] ἔχειν αὐτὴν μωρία ὑπομένει δεινὰ, κἂν κολακείαις δῆ, κἂν ἀγενεῖς τε καὶ ἀνάγειν ὑπομένει, κἂν χρημάτων ἀναλώσας πολλὰ. Ὅτι γὰρ καὶ φωνῶν τὰς Ἐκκλησίας ἐνεπέλασαν τινες, καὶ πόλει ἀναστάτους ἐποίησαν ὑπὲρ ταύτης μαχόμενοι τῆς ἀρχῆς, παρήμην νῦν, μὴ καὶ ἀπίστα δόξω λέγειν ταῦν. Ἐργὸν δὲ, οἶμαι, τοσαύτην τοῦ πράγματός ἔχειν εὐλόδειαν, ὡς καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκφυγεῖν τὸν ἔχον, καὶ μετὰ τὸ γενέσθαι ἐν αὐτῇ μὴ περιμένειν τὰς παρ' ἑτέρων κρίσεις, εἰ ποτε συμβαίη καθαίρειν ἱκανὸν ἐργάσασθαι ἀμέριμνα, ἀλλὰ γὰρ προλαμβάνει ἐκβάλλει αὐτὸν τῆς ἀρχῆς. Οὕτω μὲν γὰρ καὶ ἔλεον ἐπιστάσασθαι παρὰ τοῦ θεοῦ εἰκόθ' ἦν· τὸ δὲ ἀντέξασθαι παρὰ τὸ πρόπον τῆς ἀξίας· πάσας αὐτῶν ἀποστερεῖν συγγνώμης ἐστὶ, καὶ μᾶλλον ἐκκαίειν τοῦ θεοῦ τὴν ὀργήν, δεύτερον χαλεπώτερον προσθέντα πλημμελήμα.

15. Ἄλλ' οὐδεὶς ἀνέξεται ποτε. Δεινὸν γὰρ ἀληθῶς, δεινὸν τὸ ταύτης γλιγεσθαι τῆς τιμῆς. Καὶ οὐ μαχόμενος τῷ μακαρίῳ Παύλῳ ταῦτα λέγω, ἀλλὰ καὶ πάντων συνάδων αὐτοῦ τοῦ ῥήματος. Τί γὰρ ἐκείνός φησιν; Εἰ τις ἐπισκοπῆς ἐρέσεται, καλοῦ ἔργου ἀναστυμῆ. Ἐγὼ δὲ οὐ τοῦ ἔργου, τῆς δὲ αὐθεντίας καὶ δυναστείας ἐπιθυμῶν εἶπον εἶναι· δεινὸν. Καὶ τοῦτον οἶμαι δεῖν τὸν πόθεν πάσῃ σπουδῇ τῆς ψυχῆς ἐφελθεῖν, καὶ μηδὲ τὴν ἀρχὴν κατασχεθῆναι αὐτὴν ὑπ' αὐτοῦ συγχωρεῖν, ἵνα μετ' ἐλευθε-

ρίας ἅπαντα αὐτῷ πράττειν ἐξῆ. Ὅ γὰρ οὐκ ἐπιθυμῶν ἐπὶ ταύτης δειχθῆναι τῆς ἐξουσίας οὐδὲ τὴν καθάριεσιν αὐτῆς ἐθέουσαι, οὐ διδοῦσας δὲ μετὰ τῆς προσηκούσας Χριστιανῶς ἐλευθερίας πάντα πράττειν δύναται· ἂν ὡς οἳ γε φοβούμενοι καὶ τρέμοντες κατανεχθῆναι ἐκείθεν, πικρῶν ὑπομνησίων βουλῶν καὶ πολλῶν γέμουσαν τῶν κακῶν, καὶ ἀνθρώποις καὶ θεῷ προσκρούειν ἀναγκάζονται πολλάκις. Δεῖ δὲ οὐχ οὕτω διακρίσθαι τὴν ψυχὴν, ἀλλ', ὥσπερ ἐν ταῖς πολέμοις τοὺς γενναίους τῶν στρατιωτῶν ὀρώμεν καὶ πολεμούντας, προθύμως καὶ πίπτοντας ἀνδρείως, οὕτω καὶ τοὺς ἐπὶ ταύτῃ ἔχοντας· τὴν οικονομίαν καὶ ἰσπερθεῖν καὶ παραλύεσθαι τῆς ἀρχῆς, ὡς Χριστιανῶς ἔπειτα προσήκον ἀνδράτιν, εἰδίας ὡς ἢ τοιαύτη καθαίρεισι; οὐκ ἔλαττωνα φέρει τῆς ἀρχῆς τὸν στέφανον. Ὅταν γὰρ τις ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ἀπείρησι; μεθ' ἀξίαν τῆς ἀξίας ὑπομένει ἐκείνης πάθῃ τι τοιοῦτο, καὶ τὰς ἀδικίας καθελούσι τὴν κόλασιν, καὶ αὐτῷ μετ' ὅσον προξενεῖ τὸν μισθόν. Μακάριον γὰρ, φησὶν, ἐστὶ ἐταν ἐνεπίδωσιν καὶ διώξωσιν ὑμᾶς, καὶ ἐπιστοι πάντων πονηρῶν ῥήμα καθ' ὑμῶν γένουμένοι, ἐνεκεν ἐμοῦ χαίρετε καὶ θγαλλήσθε, δεῖ πολὺς ἔστιν ὁ μισθὸς ὑμῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Καὶ ταῦτα μὲν ὅταν ὑπὸ τῶν ὁμοταγῶν ἢ διὰ φόβου, ἢ πρὸς ἑτέρων χάριν, ἢ πρὸς ἀπίχθειαν, ἢ ἑτέρῳ τινὶ μὴ ὀρθῶς τις ἐκβάλλεται λογισμῷ· ὅταν δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ἐναντίων τοῦτο πάθειεν συμβαίη, οὐδὲ λόγος εἶναι πρὸς τὸ δεῖξαι τὸ κέρθον, ὅσον αὐτῷ διὰ τῆς αὐτῶν συλλέγουσι πονηρίας ἐκεί.οι. Τοῦτο οὖν δεῖ πανταχόθεν περιτοκοῖν καὶ ἀκριβῶς διεφυγῆναι, μὴ πὸς τις σπιθηρ τῆς ἐπιθυμίας ἐκίνησι ἐντυφλώσῃ λίσθη. Ἄγαθόν γὰρ καὶ τοὺς ἐξ ἀρχῆς καθαρεύοντας τοῦ πάθους, ἥνικα ἀν ἐμπέσωσιν εἰς τὴν ἀρχὴν, δυνήθησαν τοῦτο [389] διαφυγεῖν. Εἰ δὲ τις καὶ πρὶν ἢ τυχεῖν τῆς τιμῆς τρέρει παρ' αὐτοῦ τὸ δεινὸν καὶ ἀπηνῆς τοῦτο θηρίον, οὐδὲ ἔστιν εἰπεῖν εἰς ἄσπιν αὐτοῦ ἐμβαλεῖ κἀμῶν μετὰ τὸ τυχεῖν. Ἥμεῖς δὲ (καὶ μὴ τοι νομίσει μετριάζοντας ἡμεῖς ἐθέλησαι ἂν τι ποτε φέυσσασθαι πρὸς σὲ) πολλὴν ταύτην κεκτημέθα τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ τοῦτο ἐφόβησε, καὶ πρὸς ταύτην ἐρείπει τὴν σφίγγιν. Καθόπερ γὰρ οἱ σωματῶν ἐρώντες, ἕως μὲν ἀν πλησίον εἶναι τῶν ἐρωμένων ἐξῆ, χαλεπώτερον τῶν πάθους τὴν βίασιν ἔχουσιν, ὅταν δὲ ὡς πορρωτέρω τῶν ποθουμένων αὐτοὺς ἀπαγάγωσι, καὶ τὴν μαρίαν ἀπλάταν· οὕτω καὶ τοῖς ταύτης ἐπιθυμοῦσι τῆς ἀρχῆς, ὅταν μὲν πλησίον αὐτῆς γένωνται, ἀφόρητον γίνεται τὸ κακὸν, ὅταν δὲ ἀπελπίσωσι, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν μετὰ τῆς προσδοκίας ἐθέσωσιν.

16. Μία μὲν αὐτῇ πρόβρασις οὐ μικρὰ. Ἄλλ' εἰ καὶ μὴ καθ' ἐλευθέρων οὐκ ἐτύχωνεν, ἱκανὴ ταύτης ἡμᾶς ἀπείρεται τῆς ἀξίας· νῦν δὲ καὶ ἕτερα ταύτης οὐχ ἕττον προσέτιταται. Τίς δὲ ἔστιν αὕτη; Νηφάλιον εἶναι δεῖ τὸν ἰσρέα, καὶ διορατικὸν, καὶ μερίους πανταχόθεν κεκτῆσθαι τοὺς φεθαλμούς, ὡς οὐχ αὐτοῦ μόνου, ἀλλὰ καὶ πλῆθει ζῶντα τοσοῦτη. Ἥμεῖς δὲ οἱ κωροὶ καὶ παρτεμένοι καὶ πρὸς τὴν αὐτῶν μόλις ἀρκούντες σωτηρίαν, καὶ αὐτὸς ἀν ὁμολογήσεις, ὁ μάλιστα πάντων τὰ ἤμαθ' ἐτα δὲ τὸ φιλεῖν κρύπτειν σπουδάζων κακά. Μὴ γὰρ μοι νησιαν ἐνταῦθα εἴπης, μηδὲ ἀργυρνῶσαι, μηδὲ γαμμελίαν, καὶ τὴν λοιπὴν τοῦ σώματος σκληραγωγίαν· καὶ τούτων μὲν γὰρ ὅσον ἀπίρομεν οἶδας. Εἰ δὲ καὶ εἰς

15. Sav. κἂν ἐγαλέση. Unus cod. κἂν ἐγαλέσει.  
 16. Savil. et quidam mss. ψυχῆς, ἢ πόθεν.  
 17. Savil. et Morel. ut in textu. Quibus ins. εἰ γὰρ κεφαλὴ ἦν ἰσχυροτάτη. Unus δὲ γὰρ τὴν κεφαλὴν ἰσχυρ.  
 18. Savil. et quidam mss. ὅταν δὲ. Morel. et alii ὅταν γὰρ.  
 19. Adhuc aliqui edidit περιτοκοῦσας.

1. Aliqui προσεῖν τὴν τιμὴν.  
 2. Alii διερεπάζουσι. Μοι alii ἐντυφλώσῃ, alii ἐντυφλώμενοι.





rae excoherentur, nihil hæc nos tanta animi seguitie perditos ad hanc præfecturam iuvarent. Homini quippe in domo quadam incluso et sua solum curanti hæc magnam afferrent utilitatem; sed in tantam multitudinem scisso, et ejusque subditorum peculiarem sollicitudinem gerenti, quid illi lucrifera atque illorum profectum, nisi animum virilem ac fortissimum obtineat?

43. *Præter abstinentiam alia requiri.* — Neque mireris si cum tanta tolerantia alterum postulo fortis animi experimentum. Nam delicatum cibum, potum, lectum despicerem, multis facile esse videnis: maxime vero iis, qui natura agrestiores et a teneris sic educati sunt, ac multis item aliis corporis temperamento atque consuetudine laborum hujusmodi asperitatem mitigantibus. At contumeliam, damnum, molestum verbum, dicitur ab inferioribus tum tenere, tum in ipso iudicio prolata, querimonias frustra et temere tum a principibus tum a subditis oblatas, non multi ferre possunt, sed unes fortasse vel alter. Videreque est etiam viros fortes ad hæc ita eum vertigine captos, ut vel immanissimis belluis ferus exasperentur: hos vero maxime a sacerdotii septis arceamus. Antistitem quippe nec inedia afficiari, nec nudis pedibus incedere, id sane Ecclesie cœtui nihil afferet detrimenti: furor autem animi et illi et proximo magnas parit calamitates. Atque iis quidem, qui supra dicta non præstant, nulla a Deo comminatio: at temere excaecantibus et gehennam et gehennæ ignem Deus comminatus est (*Matth. 5. 22*). Quemadmodum igitur vanæ gloriæ cupidus, cum multorum præfecturam ad, majorem igni præbet materiam, sic et qui nec apud se, nec in familiaribus paucorum colloquiis iram continere nequit, sed facile excaecescit, huic si popularis magistratus tradatur, ceu fera quedam a multis undique exstimulata, nec quieto unquam animo esse potest, insuperque commisso sibi populo innumera procurat mala.

44. *Nihil tam aciem mentis obtundere, quam iracundiam.* — Nihil enim sic ingenii puritatem, mentisque aciem obturbat, ut ira inordinata, que multo fertur impetu. Ira enim, inquit ille, etiam prudentes perdit (*Prov. 15. 1*). Nam quemadmodum in nocturno prælio obtenebratus mentis oculus amicos ab adversariis discernere nequit, nec nobiles ab ignobilibus, sed cum omnibus eodem se gerit modo, et si quid mali subeundum sit, omnia facile patitur, ut animi voluntatem impleat. Nam certe voluptas quedam est animi excaecescencia, et voluptate majorem in animum exerceat tyrannidem, tranquillum ejus statum sus deque revolvens: nam in arrogantium facile impellit, et similitates intempestivas, et odium sine ulla causa, et offensiones temere natas frequenter parat, multaque his similia et dicere et facere cogit, animo multo cum stridore morbi molestia ultro citroque tracto, ita ut nullo modo stare, et tanto impetui obistere queat.

BASILIUS. Ego vero te sic dissimulantem non ul-

terius patiar. Quis enim ignorat quantum hoc morbo sis alienus? CHRYSOSTOM. Quid igitur, inquam, o vir beate, vis nec huic rogo admoveere, ac feram quiescentem irritare? An ignoras id nobis non nostra virtute successisse, sed ex quiete vitæ amore; cum vero qui sic affectus est, seorsum degentem, et uno alterove utentem amico, hujusmodi incendium effugere posse; secus vero si in tot curarum abyssum incidat? Tunc enim non se solum, sed et alios permultos ad iuteritus præcipitium secum trahit, et ad prohibitas curam segniores efficit. Solet enim subditorum turba præfectorum sibi mores eorum archetypum et quandam imaginem spectare, seque ad illorum formam effingere. Qui ergo possit ille eorum tumores scelerare, si ipse timent? quis plebeius moderatus statim fieri cupiat, si principem iracundum videat? Neutiquam enim possunt sacerdotum vitia latere, sed etiam exigua cito conspicua sunt. Siquidem athleta quamdiu domi manet, et cum nullo congregitur, licet infirmior sit, occultare se potest; cura autem nudatus in arenam descendit, statim qui sit evincitur. Homines itaque qui seorsim et in otio vitam agunt, vitiorum suorum tegmen habent solitudinem; in medium adducti, sicut vestimentum solitudinem exuere coguntur, exque externis motibus nudum omnibus animum exhibere. Quemadmodum ergo ipsorum præclara gesta multis prosunt ad simile studium evocantia, sic et eorum vitia alios ad virtutis exercitium segniores efficiunt, et ad bonorum operum laborem torpere faciunt. Quamobrem animæ ejus pulchritudinem splendere oportet, ut spectatorum animos oblectare simul et illustrare possit. Nam vulgariam hominum peccata, quasi in tenebris perpetrata, peccantes solos perducunt: viri autem illustris et multis cognitii scelus, commune omnibus affert detrimentum, dum remissos ad sudores probosia operibus capessendos supiores efficit, eos autem qui sibi attendere cupiunt, ad superbium excitat. Ad hæc vero, vulgariam delicta, vel in medium adducta, nemini ita profundam infligunt plagam: qui autem in hoc honoris fastigio sedent, primo omnibus sunt conspicui; deinde, licet in minimis labantur, que minorata sunt aliis magna videntur. Non enim facti magnitudine, sed peccantis dignitate peccatum omnes metiuntur. Sane sacerdotem oportet eum quibusdam adamantinis armis undequaque muniri, assiduo tempore studio, et perenni circa vitam vigilantia, undique circumspiciendo, ne quis nullo ac neglecto loco repperito letale infligat vulnus. Omnes enim circumstant parati, ut vulnerent ac dejiciant, non modo ex inimicis multi, sed etiam ex iis, qui amicitiam simulant.

Tales igitur eligi oportet, qualia sanctorum olim illorum corpora in Babylonica fornace Dei gratia exhibuit. Neque enim ignis hujus esca sunt sordentium, pax et stupa; sed his multo graviora, quandoquidem non sensibilis ille ignis subjacet, sed omnia devorans lividix flamma ipsam circumstetit, undique se attollens, ipsi ingruens, accuratiusque ipsam examinans,

<sup>1</sup> Sævil. et quidam Mss., *post tantum tolerantiam*.

<sup>1</sup> Alii, *quæta mensura*.

quam tunc legis pœcorum illorum corpora. Cum igitur vel tenue quodpiam stipula vestigium invenit, statim in hæcæsus violatam illam partem exurit; reliquam vero strueturam, etiamsi solaribus radiis splendidior fuerit, fumo illo adurit et obscurat totam. Donec enim sacerdotis vita probe undique concinnata fuerit, insidiis ille nullis pœvius est; sin vel tantillum quid prætermittat, quod sane facile contingere potest, homo cum sit, et erroribus plenatus vitæ hujus pelagus trajicit, nihil reliqua illi bona opera prosant, ut cœnatorum vece effugiat, sed partum delictum reliquum omne obumbrat et obscurat. Et de sacerdote omnes non quasi carne indulo, et humana natura præditi, sed quasi de angelo, omni reliqua infirmitate libero, justitiam ferre volunt. Ac sicut tyrannum, dum imperio potitur, omnes reformidant ipsique adulantur, quod eum deturbare non possint; cum autem rom ejus inclinatam vident, simulatum illum honorem abijcientes, qui paulo ante amici erant, derепente inimici et adversarii evadunt, et debilia quæque exhorantes irumpunt, imperiumque illius solvent: sic et sacerdotibus contingit; qui paulo ante, dum munere potiretur, ipsum colebant ac reverebantur, parvam occasionem nacti satim se fortiter comparant, ut eum non quasi tyrannum solum, sed quasi tyranno deteriorem deponant. Ac quemadmodum illi corporis sui satellites metuit, ita et hic proximos comministrosque suos maxime omnium reformidat. Nulli quippe alii perinde ejus dignitatem affectant, ejusdemque res notas habent atque illi: propinqui enim cum sint, si quid hujusmodi contingat, ante omnes id sentiunt, facileque etiam calumniantes credi, et dum parva magna faciunt eum sycophantia circumvenire possunt. Nam apostolicum illud dictum inversum est: *Et sicut patitur unum membrum, compatiantur omnia membra; sicut glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra* (1. Cor. 12. 26): nisi forte tanta sit pietas, ut adversus omnia stare possit. Ad tantum itaque bellum nos emittis? et ad pugnam tam variam tanque multifornem animum nostrum sufficere posse putas? Undenam, quæso, et a quo id edoctus es? Nam si id tibi Deus indicavit, exhibe oraculum, et morem geram tibi non potes, sed ex humana opinione calculum ducis, ab isto tandem errore te libera. Nam circa ea, quæ ad nos spectant, nobis magis credendum quam aliis: quandoquidem *Quæ sunt hominis nemo novit, nisi spiritus hominis, qui in ipso est* (1. Cor. 2. 11). Quod enim et nos ipsos, et eos qui nos elegerant, ridiculos reddituri essemus hoc suscepto munere, quodque nactus dispensio nostro in eum, in quo nunc versamur, vitæ statim reversuri fuissetus, si non antehac, his saltem verbis tibi persuasisse puto. Non enim invidia solum, sed quæ multo invidia vehementior est hujus principatus cupido, multos solent contra ipsum occupantem armare. Ac quemadmodum filii, qui principatum affectant, longam patrum senectutem moleste ferunt: sic et quidam eorum, cum vident sacerdotium in diuturnum produci tempus, quoniam interficere

nefas, ipsum a dignitate deturbare satagunt, omnibus illis constituti loco cupientes, ac singuli ad se de ferri principatum expectantes.

15. *Alia litis species, plena periculorum.* — Viso tibi aliam hujus pugnae speciem ostendam, innumeris plenam periculis? Ito jam, ac publica festa spectato, ubi maxime ad dignitates ecclesiasticas electiones fieri mos est: ac tam multis sacerdotum criminalitibus impeti videbis, quanta est subditorum turba. Omnes enim penes quos est hunc honorem conferre, in multas tunc scianditur partes, ac neque mutuo, neque cum eo qui episcopatum sortitus est, presbyterorum cœtum consentire videas: sed unusquisque a suis partibus stat, alius hunc, alius illum eligens. Cujus rei causa hæc est, quod non idem omnes respiciant, quod respicere debebant, nempe animi virutem; sed alie sunt hujus conciliandi honoris cause: nimirum alius dicit, Ille eligatur, quia claro genere ortus: alius, quod opibus abundet, nec egret alimentis ex Ecclesiæ proventu quæritis: alius, quod ab adversariis ad nos transfugerit: ille familiarem, hic sibi genere propinquum, alius adulantem sibi alius vult auteponi; in cuius vero, qui sit idoneus, nemo vult respicere, neque animi dotes explorare. At ego, tantum abest, ut ad sacerdotum probationem causas hujusmodi consentaneas esse putem, ut etiamsi quis multam pietatem exhibeat, quæ tamen non parum nobis ad hanc dignitatem confert, non ideo statim eum eligere ausim, nisi cum pietate magna sit prudentia præditus. Novi quippe multos, qui perpetuo se e coercebant ac jejuniis macerabant, quique dum soli degere et sua tantum curare poterant, Deo accepti erant, ac singulis diebus solius plæie sue incrementum non minimum addebant: at ubi in turbam prodire, atque vulgi imperitiam emendare coacti sunt, alii ne principio quidem tanto negotio pares fuere; alii vi coacti, ut in munere perseverarent, missa pristina diligentia et magna ipsi jacturam fecerunt, et aliis nihil profuerunt. Sed neque si quis totum vitæ tempus in ultimo ministerii ordine transegerit, ad extrêmamque pervenerit senectutem, hunc statim propter ætatis reverentiam ad summum principatum evehemus. Cur enim, si, decursa jam ætate, minus tamen idoneus maneat? Non quo velim canticum dehonestare, nec legem constiture, ut qui ex choro monachorum veniunt, ab hac prefectura omnino arceantur: contigit enim multos ex illo grege profectos in hac dignitate claruisse: sed hoc probare contendo, si neque pietas sola, neque longæva senectus satis sunt, ut quis sacerdotio digne fungatur, vix sane causas supra memoratas hoc ipsum prestare posse. Alii vero alias addunt etiam absurdiores: hi nimirum, ne se in adversariorum partes transferant, in cleri ordinem adleguntur: illi, propter nequitiam, ne contempti magna inferant mala. An possit iniquus quidpiam extorgi, quod homines improbi, innumeris repleti malis, inde colantur, unde supplicio digni erant, et qua de causa ne limen quidem Ecclesiæ prætergredi licebat illis, eadem illi ad sacerdotalem ascendant dignitatem? Etiamne, dic mihi, quæremus

<sup>1</sup> S. H. et plurimi Mss. habent, quæ dicitur appetent.





d. vius in nos ira causam, dum res tam sacras, adeo tremendas hominibus tum improbis, tum indignis labefactandas tradimus? Quando enim alii rerum sibi minime convenientium, alii multo majorum, quam vires ferant, praefecturam accipiunt, et certe efficiunt, at Ecclesia nihil ab Euripo differat.

Equidem prius exteros principes deridebam, quod in honorum dispensatione non animi virtutem, sed pecunias et annorum numerum et humanum patrociniatum spectarent; ubi autem audivi hanc absurditatem in nostras etiam res debacchari, farinus huiusmodi non perinde grave visum est. Quid enim mirum si saeculares homines, popularem auram venientes, pecuniae causa nihil non agentes, in huiusmodi vitia prorumpant, quando ii, qui se ab iis omnibus liberos esse simulant, nihilo roelius quam illi sunt affecti, sed ubi de caelestibus certamen est, perinde atque si de terrae Iugeribus aut alio quopiam simili deliberaretur, gregarios homines talibus praeficiunt rebus quarum causa unigenitus Dei Filius gloriam evacuare suam, homo fieri, servi formam accipere (*Philipp. 2.7*), conspu, colapis caedi (*Matth. 26. 67*), mortem turpissimam obire non recusavit? Neque bic tamen consistunt, sed alia addunt absurdira: non enim indignos solum deligunt, sed etiam idoneos dejiciunt. Nam quasi opus esset Ecclesiae securitatem utrinque labefactari, ac causa illa prior non sufficeret ad iram Dei accendendam, ita alteram addidere non minus periculosam. Etenim perinde perniciosum esse puto utiles arce, atque inutiles introducere. Id autem ideo agit, ut Christi ovile nulla ex parte contentionem invenire aut respirare valeat. Haec nonne millibus digna fulminibus? haec nonne vehementiori etiam gehennae, quam sacre literae committuntur? Attamen haec mala sustinet patiturque qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat (*Eszech. 18. 25. et 53. 11*). Quis non ejus clementiam admiretur? quis non ejus misericordiam stupeat? Ipsi Christiani ea, quae Christi sunt, plus quam hostes et inimici pessumant: at ille bonus adhuc benignitatem praefert, et ad poenitentiam vocat, Gloria tibi, Domine, gloria tibi: quanta apud te clementiae abyssus! quantum tolerantiae thesaurus! Qui per nomen tuum ex ignobilibus et obscuris clari et conspicui evadunt, honore illo contra honoratum se utuntur, et non audenda audent, sancta contumeliis afficiunt, probos repellunt et ejiciunt, ut quiete et cum summa licentia nequissimi omnia pro libito subverti possint. Cujus mali causas si ediscere velis, illas prioribus similes reperies: radicem enim, sive, ut illa dicam, matrem unam habent, invidiam. Earum autem non una tantum species est, sed diversae. Illae enim, aiant, quia juvenis est, ejiciatur; ille, quia adalari nescit; alius, quia in cujuspiam offensionem incurrit; alius, ne ille quispiam debeat, si eo, quem ipse obtulerat, ejectione hunc electum videat; ille, quia mitis et probus est; ille, quia peccantibus terribilis; ille ob aliam similem causam: neque enim desunt obtentus, quos pro libito offerant; imo et facultatum copiam criminari dant, si nihil aliud proferendum habeant.

Quinetiam illud, non oportere statim in hunc honorem assumi, aed sensim et paulatim, aliasque similes pro voluntate causas commissi possunt. Ego vero hic libens sciscitaret: Quid episcopum tot ventis agitatum facere opus est? quomodo adversus tantos fluctus stare poterit? quomodo tot impetus repellet? Nam si recta ratione res gerat, adsunt omnes et ipsi et electi inimici et hostes, et per contentionem omnia cum illo agunt, quotidianas saeculationes movent, sexcenta item scommata in electos jaculantur, donec aut illorum ejectione, aut suos intruserint: perinde atque si gubernator in navi piratas secum navigantes habeat, qui et ipsi et nautis et vectoribus assidue horisque singulis insidiant. Quod si illorum gratiam salutis suae preponat, admissis non admittendis, illorum loco Deum ipsum inimicum habebit: quo quid deterius esse possit? et cum illis ipsis negotium difficilium quam antea erit, omnibus simul consentientibus, ac fortioribus per concordiam effectis. Quemadmodum enim saxis ex adverso pugnantis ventis, mare antea tranquillum derepente furit atque intumescit, vectoresque perdit; sic et Ecclesiae tranquillitas, corruptoribus admissis, temporata et naufragis infestatur multis.

16. *Quantum oporteat esse eum, qui tantis tempestatibus opponitur.* — Cogita ergo qualem oporteat eum esse cui tanta tempestate resistere necesse sit, et tot impedimenta rerum communi utilitati conducuntur probe temperare. Nam et gravem illum, sed minime fastuosum, et formidabilem, sed humanum, et imperiosum, sed comem omnibus, et personam non accipientem, sed officiosum, et humilem, sed minime servilem, et vehementem, sed mansuetum esse oportet, ut contra illa omnia pugnare facile possit: atque eum qui idoneus sit, omnibus licet obsistentibus, cum magna potestate promovere; huic vero dissimilem cum eadem auctoritate, omnibus etiam conspirantibus, non admittere, sed unum tantum ob oculos habere, Ecclesiae nempe structuram, nihilque vel ad inimicitiam vel ad gratiam facere. Num tibi videtur rei huiusmodi ministerium merito recusasse? Atqui nondum omnia recensui: suppetunt et alia dicenda. Verum ne defatigeris dum amici ac vere germani viri sese apud te excusantis orationem toleras. Haec porro non ad apologiam modo nostram tibi erunt utilia, sed ad ipsam fortasse muneri de quo agitur functionem non parum afferent lucrí. Eum namque, qui vitam huiusmodi semitam ingressurus est, omnia prius perscrutat, sic ministerio manum admoveere oportet. Quare? Quia etsi nulla alia subesse causa, omnium probe gnaro id lucrí accedit, ut non rei insolentia turbetur, cum haec contingant. Vis igitur ut prius ad viduarum patrociniū veniamus, an ad virginum coram, an ad judicialis partis difficultatem? nam in horum singulis varia est sollicitudo, et sollicitudine major metus. Ac primum, ut ab eo, quod aliis facilis esse videtur, ordinarum, viduarum cura, ipsam suscipientibus solam sumptuum sollicitudinem afferre videtur (1. *Tim. 5. 16*): at non ita se res habet, sed hic quoque multo opus est exanimie, ubi illas deligere

oportet : quandoquidem cum temere et ut easus tulit in alium relatae sunt, id innumera preperit mala. Et enim familiae pessumderunt, conjugia diremerunt, et in furtis, cauponis aliisque similibus turpiter se agentes saepe deprehensae sunt. Porro tales vitiosae sumptibus Ecclesiae alii, id est a Deo supplicium et apud homines infamiam summamque damnationem parit, beneficiorumque animum sequiorem efficit. Nam quis unquam velit pecunias, quas Christo dare iussus est, lis largiri, qui Christi nomini calumniam pariant? Id quae multo et accurato scrutinio est opus, ut neque illa, neque aliae, quibus res familiaris sufficere potest, tenuiorum mensam absint. Haec perquisitionem alia non parva cura excipit, ut ipsis alimenta conferantur quasi ex fontibus affluent, nec unquam desint : siquidem insatiabile malum est invita paupertas, quereles ingratusque animus praesens ferens. Multa prudentia diligentiaque est opus ut eorum obstruantur ora, quae quamlibet criminationis occasionem arripiunt. Sane nulli ubi quempiam vident pecunias non deditum, statim ipsum ad hanc functionem idoneum pronuntiant. Ego vero non existimo hanc illi animi magnitudinem satis esse, sed oportere tamen illam caeteris praesens : nam illius expertus vastator potius quam patronus, et pro pastore lupus fuerit : verum cum illa allam in eo requirere oportet. Ea autem est honorum omnium hominibus conciliatrix patientia, quae quasi in terram nullam quendam porcum animam deducit. Nam viduarum genus tum paupertatis, tum aetatis, tum sexus nomine, immoderata quadam loquendi libertate utitur : sic enim congruentius loquimur : impertine clamant, abs re queruntur et lamentantur, ubi gratiae erant habundae ; incensant ubi laudandum erat : praefectumque oportet omnia fortiter ferre, neque ob importunas rixas vel absurdas quereles ira commoveri. Illarum enim in clementiam misericordiam potius, quam contumeliam mœretur : ipsarum autem ærumnis insultare, et paupertatis dolori contumeliam addere, extreme crudelitatis fuerit. Quamobrem vir quidam sapientissimus, avaritiam superbiamque humanae naturae considerans, gnarus paupertatem huiusmodi esse, ut possit vel generosissimum animum dejicere, eoque deducere ut iisdem in rebus saepius impudenter agat, ne quis potentibus illis irascatur, non, frequentibus eorum precibus exasperatus, infestus evadat ille, qui opem ferre debet, ut esse miteni et aditu facilem exhibeat hortatur his verbis : *Inclina pauperi sine tristitia orem tuam, et responde illi in mansuetudine pacifica* ( *Eccli. 4. 8* ) : ac missum facies cum qui exasperat ( quid enim jaculi dixeris ? ) cum alloquitur qui ejus infirmitatem ferre possit, monens, ut vultus blanditiæ ac verborum mansuetudine etiam ante oblatum donum ipsum erigat. Quod si quis illarum quidem bona non usurpat, sed innumeris ipsas conviciis et contumeliis oneret, et adversus eas irritetur, non modo paupertatem largitione non sublevat, sed calamitatem ipsam conviciis auget. Etiam si enim ob ventris necessitatem admodum impudenter esse cogantur, attamen de huiusmodi

violentia dolent. Cum itaque famis ingruentis metu mendicare coguntur, et mendicando impudentes esse, ac rursus impudentia illa contumeliam pati, inhumani formis quaedam, et mentem caligine offundens coloris vis earum animos occupat. Oportet vero curatorem earum tanta esse æquanimitate, ut non modo indignatione sua dolorem non augeat, sed etiam cohortatione sua mœrorem mitiget. Nam quemadmodum qui contumelia afficitur, et si facultatibus abundet, pecuniarum commodum non sentit ob inflictae contumeliam plagam ; ita qui blande et leniter compellatur, et cum consolatione donum accipit, gaudet et letatur, duplexque munus ex largiendi modo consequitur. Haec porro non a meipso, sed ab illo, qui paulo ante hortabatur, loquor. Nam *Fili, inquit, in bonis non desit vituperium, et in omni dono dolorem verborum. Nonne datum ros sedabit? Ita melius est verbum dono. Ecce enim verbum bonum est plus quam donum, et utrumque est apud virum gratiosum* ( *Eccli. 18. 15-17* ). Harum item praefatum non mitem tantum et patientem, sed perinde economicum esse oportet : id vero si adfuerit, rursus pauperum facultates in idem damnum recidunt. Nuper enim quis huic ministerio adscitus, multa auri vi collecta, ipse ne consumpsit, neque egenitibus, paucis exceptis, distribuit ; maximam vero partem terra obruit, donec superveniente tumultu tempore hostium manibus illam tradidit. Magna itaque providentia est opus, ut Ecclesiae facultates nec redundent, nec deficient : sed quae erogantur omnia statim sunt egenis distribuenda, atque in subditorum pio proposito Ecclesiae thesauri colligendi sunt. In hospitibus autem excipiendis, et in curandis aegrotis, quanto putas opus esse pecuniarum sumptu, quanta praefectorum diligentia prudentiaque ? Haec enim expensam illa non minorem, imo saepe majorem esse necesse est. Praefectumque ipsum in largitione decet reverentiam et prudentiam adhibere ; quo iis, qui re familiari abundant, suadeat, ut erantiam et hilariter sua dona erogent, ne dum infirmorum comodo prospicit, beneficorum animos exasperet. Ille porro majorem alacritatem et diligentiam exhibere convenit : sunt enim acri morosi et segnes : ac nisi summam undique diligentiam curamque adhibeas, vel tantilla quidem negligentia potest magna aegrotanti mala importare.

17. *Quantus sit in gubernatione virginum timor.* — Quod ad virginium curam attinet, tanto magis adest metus, quanto depositum pretiosius, et quanto rege dignior hic grex est, quam alii. Nuper enim innumere in sanctarum huiusmodi chorum ingressae, vitii quae multis refertae, debacchatae sunt. Ille vero luctus major fuit : ac quemadmodum non perinde est puellane libera, an ejus ancilla peccet : ita non idipsum est si virgo an vidua. Ilis enim et nugari, et mutuis conviciis litigare, et adulari et impudenter agere, et nunquam non apparere et in foro saepe ambulare, in usu frequentis est. Virgo autem nunquam certamen adit, et supremam philosophiam sectatur, profestiorque se a gelicam vitam in terra ducere, ac cum hac carne







que incorporearum sunt potestatum sibi præstantia proposuit. Nec licet ei frequenter et inutiliter foras progredi, nec verba futilia vanaque proferre: convicij et adulationis ne nomen quidem norit oportet. Quapropter firmissima custodia et majori præsidio opus habet: nam sanctitatis hostis ipsas magis observat insidiisque appetit, ad devorandum paratus si quam labentem cadentemque videat: hominum iteum multi ipsis insidiantur, cum iisque omnibus naturæ petulantia. In summa duplex bellum ab ea geritur, aliud extrinsecus incumbens, aliud intrinsecus obturbans. Ideo magnus instat euratorum timor, majus periculum, dolor iugens, si quid contra animi sententiam, quod absit, accidat. Nam si patri filia occulta<sup>1</sup> vigilantia (Eccli. 42. 9) est, et sollicitudo ejus somnum ab eo depellit, timente ne aut sterilis sit, vel nobilem transgrediatur ætatem, vel perosa sit conjugii: quid patior is, qui horum quidem nihil, sed alia iis longe graviora metuit? Neque hic vir contempni potest, sed ipse Christus: neque sterilitas in ignominiam tantum, sed malum in perniciem animæ desinit. Nam *Omnis arbor, ait, quæ non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur* (Math. 5. 40). Ei vero que in sponsi odium incurrit, non satis est accepto repudij libello abire; sed odij illius pœnas luit, supplicium æternum. Certe pater carnalis multa habet, quæ faciem ipsi filix custodiam reddant: nam et mater et nutrix et famularum turba et domus firmitas parentem ad virginem servandam juvant. Neque enim in foris eam frequenter prodire sinit; neque si prædeat, cuiusdam occurrentium apparere cogitur, eum vespertinæ tenebræ conspici nolenti non minore obsecro obtendant, quam parietes domus. Præter hæc vero nulla subest causa, quæ illam unquam ad virorum conspectum adigat: neque enim rerum necessarium cura, neque tridentium molestiæ, neque simile quidpiam illam in talis congressus necessitatem impellit: cum illi pater vice omnium sit, ipsa vero unam habeat curam, ut nihil vel agat vel loquat quod honestatem deiecerat. At hic multa sunt quæ custodiam patri difficilem, imo arte superiore reddant. Neque enim potest eam inlus secum habere: hoc quippe contubernium nec honestum esset, nec periculo vacaret. Licet enim hinc illis nihil damni adesset, sed veram sanctitatem servare pergerent, non minorem reddituri essent rationem pro iis animabus, quibus offendiculo fuissent, quam si ambo peccassent. Cum autem id fieri nequeat, non facie ipsi est animæ motus ediscere, et eos qui inordinati sunt resecare, qui vero debito ordine et modo procedunt excolere, et in melius deducere: neque exitus in publicum curioso indagare in promptu est; nam quod illa inops sit et patrocinio destituta, non potest ipse tam accuratus decori et honesti explorator esse. Etenim cum ipsa sibi omnia administrare cogatur, si temperanter vivere nolit, exeundi occasiones comminisci potest.

<sup>1</sup> Sic vocem hebraicam מְצוּלָה interpretatur Aquila Gen. 24, 43, quæ voce significatur virgo quæ clausa et virorum aspectui abscondita manet. hic locus apud Siracidem loco in textu citato legitur.

Oportetque aliquem jubentem domi manere, qui tales occasiones præcidat, ac necessaria suppediet, necnon feminam rem illius curantem: arcenda item est a fureribus ac pervigiis. Novit enim, novit callidissimus ille serpens per bona etiam opera virus spargere autem: opusque est virginem nequaquam muniri, et raro per anuum domo egredi, nempe cum incedendibiles ac necessariæ evigilant causæ. Si quis vero dicat, non opus esse ut res hujusmodi episcopo committatur, noverit is, singularum rerum gestatum occasiones et causas ad ipsum referendas esse; ita ut multo utilius, si omnia ipse administrans, iis criminibus liber futurus sit, quæ propter aliorum peccata subire debet, quam si, dimissa hujusmodi administratione, pro aliorum gestis de ratione reddenda tremere cogatur. Ad hæc, qui per se id agit, admodum facile omnia percurrit: qui vero omnibus aliis ad suam sententiam pertractis id agere cogitur, non tantam habet laboris remissionem ex eo quod non sui solius arbitrio agat, quanta negotia et tumultus per eos qui adversantur et pro suo pugnant iudicio. Verum non omnes de virginibus sollicitudines recensendi facultas est: etenim cum in alium referenda sunt, non parum negotii facessunt ei, cui hæc administratio concreta est.

*Judiciorum officium quam molestum.* — Judiciorum officium innumeris parit molestias, multum negotii, tot difficultates, quot ne forenses quidem iudices subeunt: siquidem jus ipsum reperire labor est: repertum non violare difficile. Non modo autem negotium et difficultas adest, sed etiam periculum non parvum. Jam enim quidam ex inferioribus in negotia delapsi, quia patrocinium non invenerunt, circa naufragati sunt. Multi enim ex læsorum numero non minus, quam ipsos lædentes, eos qui sibi non ferunt open odio habent: ac neque negotiorum distractionis, neque temporum iniquitatis, neque sacerdotalis potentie mediocritatis, neque alius cujuspiam rationem habere volunt; sed sunt inexorabiles iudices, hanc unam scientes apologiam, nualorum se prementium exitum. Qui hunc præbere nequit, quamvis innumeras causas proferat, nunquam eorum condemnationem effugiet. Quia vero patrocinii mentionem feci, age aliam tibi querelæ causam declarabo. Nam nisi quotidie episcopus plus, quam ipsi forenses, domos circumeat, hinc offensiones innumera. Non enim ægri solum, sed etiam qui bene valent, Invisi se volunt; non pietatis religionisve causa, sed honoris dignitatisque id multo exigunt. Quod si forte contingat ut aliquem ex ditioribus potentioribusque, urgente casu, in Ecclesie lacerum frequentius visitet, statim palpatoris atque a-l-latoris notam sibi innotet. Sed quid patrocinia et aditus memoro, quando ex compellationibus solum tantam criminationum molem afferunt, ut ex animi morora sæpe illi graventer et decidant? Jam vero vel oculorum contuitus explorantur: nam ejus vel simpliciora gesta ad trutinam vocant bene multi, vocis modum, aspiciendi videndique rationem. Illi cuiuspiam, alunt, effuse arrisili, hilari ipsium vultu et magna voce saluta-

vit : me vero longe parcius et perfunctorie. Quod si multis assidentibus non undique circumferat iuter loquendum, id pro contumelia multi habent. Quis igitur nisi admodum fortis tam multis accusatoribus sufficere poterit, ut vel ab illis nullatenus in crimen vocetur, vel accusatus sese expediat? Oportet enim accusatorem esse neminem; si id minus fieri possit, oblata saltem crimina abluere. Quod si ne hoc quidem facile est, sed quidam temere et frustra culpando gaudent : fortiter ferenda est querimoniarum huiusmodi mœstitia. Etenim qui iure accusatur, facile accusantem tulcrit : quandequidem enim nullus accusator acerbius est ipsa conscientia; ab illo auctore omnium molestissimo capti externos accusatores ut potè mitiores facile patimur. Qui autem nullus sibi culpe conscius est, falso accusatus continuo in iram vertitur, et in mœrorem facile decidit, nisi prius ad multorum ferendas insanias exercitatus fuerit. Neque enim fieri potest, calumniis impetum et inique damnatum non turbari, et de tanta iniquitate nihil pati. Quid memorem tristitiam tum subeundam, cum quempiam ex cœtu Ecclesiæ amovere opus est? Uti nam vero malum totum in tristitia consisteret : nunc vero perniciis non modica. Metuendum quippe est, ne

ultra modum penis affectus ille id patiatur, quod a beato Paulo dictum est, *Ne abundantiori tristitia absorbeat* (2. Cor. 2. 7). Maxima ergo diligentia hic opus est, ne quod prodesse illi deberat, majoris ipsi damni sit occasio : nam quæcumque ille post huiusmodi curationem peccata admisit, communem tam ipsi quam medico iram accendunt, si hic non recte vulnus incidit. Quot autem supplicia expectanda sunt, cum quis non ex peccatis modo suis, sed et aliorum quoque delictis in extremum periculum adducitur? Nam si de propriis sceleribus rationem reddituri exhorrescimus, ac si non valeamus ignem illum effugere, quid illi expectandum est, qui tam multorum nomine causam sit dicturus? Quod autem hoc verum sit, audi beatum Paulum dicentem; imo potius non illum, sed in ipso loquentem Christum : *Obedite prepositis vestris, et subjacete eis : ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri (Hebr. 13. 17)*. Num exiguus videtur hic comminationis terror? Is quantus sit dici nequit. Verum hæc satis sunt, quæ vel pertinacioribus fidem faciant, nos non superbia vel vana gloria captos, sed nobis tantum metuentes et rei molem considerantes huiusmodi fugam fecisse.

## LIBER QUARTUS.

### HÆC ENSCNT LIBRO QUARTO:

- I. Non eos tantum, qui ad clerum pervenire student, verum etiam qui vim patiuntur, ob peccata graviter puniri.
- II. Qui indignos ordinant, idem quod his supplicium experituros esse, licet ipsos non mori.
- III. Sacerdoti necessariam esse expeditam dicendi facultatem.
- IV. Ad quorumvis concertationes, et Græcorum, et Judæorum et hæreticorum eum paratum esse oportere.
- V. Perquam peritum dialecticæ esse oportere.
- VI. Paulum id optine prestississe.
- VII. Eundem non signis tantum claruisse, sed etiam arte dicendi.
- VIII. Eundem id a nobis quoque velle exerceri.
- IX. Quo nisi præditus sit episcopus, subditos non leve damnum necessario suldire.

1. *Qui vi ad clerum trahuntur non ideo penis immunes.* — His auditis, BASILIUS paulum cunctatus : At si tu quidem, inquit, hanc dignitatem affectasses, hunc iure timorem admittere posses. Nam qui ad rei cuiuspiam administrationem se idoneum esse professus est, quod eam arripere studuerit, illa sibi concessita si labatur, non potest ad imperitiam excusationem confugere; utpote qui anteveteres hanc sibi ipse defensionem ademerit, quod occurrit, eamque sibi administrationem rapuerit; neque dicere potest is, qui lubens et sponte huc accessit, Invidius hæc in re peccavi, invitus illum quempiam perdidit. Respondebit illi, qui tum hac in re iudex futurus est : Et cur tantæ tibi conscius imperitiæ, cum mens ad telem inculpate tractandam artem tibi non adesses, involasti, aususque es majora, quam vires ferrent, negotia suscipere? Quis te cogit, quis reluctantem et fugientem vi per-

traxit? At tu nihil unquam simile audies, neque penis unquam huiusmodi delicti te ipsum damnare, omnibusque planum est te ne tantillum quidem ad hunc suscipiendum honorem laborasse, sed id aliorum operam esse. Atque adeo quod illis nullam peccatorum veniam relinquit, hoc tibi magnam defensionis materiam suppeditabit. CHRYSOSTOMUS. Ad hæc ego caput cum movissem, sensimque arrixissem, hominis simplicitatem miratus, hæc loquutus sum : Equidem optarim rem ita se habere, ut dicis, vir omnium optime, non ut id suscipere possem, quod nunc refugi. Etiam si enim mihi nullum supplicium propositum esset, si perfunctorie et Imperite Christi gregem curassem : at illud mihi omni supplicio gravius foret, si post tantas mihi concessitas res erga eum, qui concessidisset, ita ingratus viderer. Quare igitur optarim illam tuam epitionem non falsam esse? Ut miseris et infelicibus (sic enim vocandi ii, qui hoc negotium probe tractare nesciunt, quamvis sexcenties ipsos vi adactos et ignorantes peccare dicas), ut illis, inquam, effugere liceat ignem illum inextinguibilem, et tenebras exteriores, veremque nomenquam morientem, ne dissecentur et cum hypocritis pereant. Verum quid tibi faciam? Non ita se res habet, non ita sane. Ac si vis, ut a regno primum, quod apud Deum tanti non est quanti sacerdotium, eorum que dixi fidem faciam. Sani ille, filius Cis, non suapte motu et cura rex factus est (1. Reg. 9) ; sed abii, ut quaereret animas, et super iis prophetam interrogare cepit; ille vero de regno ipsam alloquutus est. No-

φανής ἐξετάζοντες, καὶ διάθεσιν ἔδειξαι, καὶ ποσότητα γίλυντος. Πρὸς τὸν δεῖνα <sup>a</sup>, φησί, θαψίλους ἐπεγέλασε, καὶ φαιδρὸν τῷ προσώπῳ, καὶ μεγάλην προσέτερε τῆ φωνῆ· ἐμὲ δὲ διακτον καὶ ὡς ἔτυχε. Καὶ ἂν πολλὸν συγκαθημέμων μὴ πανταῶς περιφέρῃ τοὺς ὀρθαλοῦς διαλεγόμενον, ὕβριν τὸ πρῶμά φασιν οἱ πολλοί. Τίς οὖν μὴ λίαν ἰσχυρὸς ἂν τοσοῦτος ἂν ἀρκίσειε κατηγοροῖς, ἢ πρὸς τὴ μηδ' ἄλλω γραφῆναι παρ' αὐτῶν, ἢ πρὸς τὴ διαφυγῆν μετὰ τὴν γραφὴν; Δεῖ μὴ γὰρ μηδὲ ἔχειν κατηγοροῦς· εἰ δὲ τοῦτο ἀδύνατον, ἀπολύεσθαι <sup>b</sup> τὰ παρ' ἐκείνων ἐγκλήματα· εἰ δὲ οὐδὲ τοῦτο εὐπορον, ἀλλὰ ἐτρέπονται τινες εἰκὴ καὶ ἀπλόως αἰτιώμενοι, γενναίως πρὸς τὴν τῶν μέμψων τούτων ἀθυμίαν ἴστασθαι. Ὁ μὲν γὰρ δικαίως ἐγκαλούμενος, κἀν ἐνέχη τὸν ἐγκαλοῦντα βλάβος· ἐπειδὴ γὰρ οὐκ εἶναι πικρότερός τις τοῦ συνειδῶτος κατηγοροῦ, διὰ τοῦτο, ἔστιν ὑπ' ἐκείνου τοῦ χαλεπωτάτου πρότερον ἄλλωθεν, τοὺς ἔξωθεν ἡμερωτέρους δυνατὸς εὐκόλως φέρομεν. Ὁ δὲ οὐδὲν ἐαυτῷ συνειδόμενος πορνῆν ἔχων, ὅταν ἐγκαληται μάτην, καὶ πρὸς ὀργὴν ἐκφέρεται ταχέως, καὶ πρὸς ἀθυμίαν καταπίπτει βαθύως, ἂν μὴ πρότερον τύχη μεμελετηκῶς <sup>c</sup> τὰς τῶν πολλῶν φέρειν ἀνοίας. Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ εἶναι συκοφαντούμενον εἰκὴ καὶ καταδικαζόμενον μὴ ταράττεσθαι καὶ πάσχειν τι πρὸς τὴν τοσαύτην δίωξιν. Τί ἂν τις [401] λέγοι τὰς λύπας, ὅς ὑπομείνουσιν, ἤνικα ἂν

δὴν τινὰ τοῦ τῆς Ἐκκλησίας περικίψαι <sup>d</sup> πληρώματος; Εἶθε μὲν οὖν μέχρι λύπης ἴστατο τὸ θεῖνον· νῦν δὲ καὶ ἄλλοθι οὐ μικρός. Δέος γὰρ, μήποτε πέρα τοῦ δέοντος κολασθεὶς ἐκείνος πάθῃ τοῦτο δὴ τὸ ὑπὸ τοῦ μακαρίου Παύλου λεχθέν, καὶ Ἰγὼ τῆ περισοτέρας λύπης κατακοφῆ. Πίστασι οὖν κηνηταῖα δει' <sup>e</sup> τῆς ἀκριβείας, ὥστε μὴ τὴν τῆς ὠφελείας ὑπέθεσιν μείζονος αὐτῷ γενέσθαι ζημίαν ἀφορμὴν. Ἄν γὰρ ἂν ἀμάρτη μετὰ τὴν τοιαύτην θεραπειάν ἐκείνος, κοινωεὶ τῆς ἐφ' ἐκάστῳ τούτων ὀργῆς, ὃ μὴ καλῶς τὸ τραῦμα τεμῶν ἰατροῦ. Πόσας οὖν χρὴ προσδοκῆν τιμωρίας, ὅταν μὴ μόνον ὑπὲρ ὧν αὐτὸς ἔκαστος ἐπλημμέλησεν ἀπαίτηται λόγον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν ἑτέρους ἀμαρτηθέντων εἰς τὸν ἔσχατον καθιστήται κίνδυνος; Εἰ γὰρ τὸν οὐκείων πλημμελημάτων εὐθὺς ἀπέχοντες φέρτομεν, ὡς οὐκ ἐπιδοκίμοι τὸ πῦρ ἐκφυγῆν ἐκείνοι, τί γὰρ παύσασθαι προσδοκῆν τὴν ὑπὲρ τοσοῦτων ἀπολογεῖσθαι μέλλοντα; Ὅτι γὰρ τοῦτο ἔστιν ἀλλοθὲς, ἀκουσὸν τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος, πῶλλον δὲ οὐκ ἐκείνου, ἀλλὰ τοῦ ἐν αὐτῷ λαλοῦντος Χριστοῦ· Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπάκουε, ὅτι αὐτοὶ ἵ ἀγγελοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδοῦσάτε. Ἄρα μικρὸς οὗτος ὁ τῆς ἀπειθῆς φόβος; Οὐκ ἔστιν εἰσεῖν. Ἄλλὰ καὶ τοὺς σφόδρα ἀπειθεὶς καὶ σκληροῦς ἰκανὰ ταῦτα πείσαι <sup>f</sup>, ὡς οὐτὲ ἀπονηαίοντες φιλοδοξία ἀλόγως, ὑπὲρ δὲ ἐαυτῶν δεοκότες μόνε, καὶ εἰς τὸν τοῦ πράγματος ὕβριν ἀποδιέψαντες, ταύτην ἐφύγομεν τὴν φυγὴν.

<sup>a</sup> Savil. et unus πρὸς τὸν μὲν δεῖναι φησι. Mor. τὸν δεινὰ φ. Intra aliquot mss. κἀν πολλῶν.  
<sup>b</sup> Alii ἀπολύεσθαι, Sav. in marg. ἀπολύσασθαι.  
<sup>c</sup> Haec Savillii multorumque mss. lectioem vulgatae, πρ. τῆ ψυχῆ μεμλ., proutimus. Kur.

<sup>d</sup> Alii ἀποκίψαι.  
<sup>e</sup> Mor. δει. Sav. et alii dei.  
<sup>f</sup> Alii αὐτοὶ γὰρ.  
<sup>g</sup> Sic Sav. et alii, Mor. vero ταῦτα πάντα πείσαι.

### ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

#### ΤΑΞΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΟ ΤΕΤΑΡΤΩ ΛΟΓΩ.

- <sup>a</sup>. Ὅτι οὐκ ἔστιν οἱ ἐκκαθίζοντες ἐπὶ ἄλλων ἔθελαι, ἀλλὰ καὶ οἱ ἀκούοντες ὑπομνηστέον ἐπὶ οἷς ἀμάρτησιν πρὸβαλλόμενοι.
- <sup>b</sup>. Ὅτι οἱ μεμψόμενοι ἀκούοντες τῆς οἰς ἑαυτοῖς εἰρησιζούσης τιμωρίας, κἀν ἀποβαίνει τοῖς τῶν φροντιστέοις.
- <sup>c</sup>. Ὅτι καλλίως τῆς ἐν τῷ λόγῳ ἐπιδοκίμου ἕως ἐφ' ἑαυτ.
- <sup>d</sup>. Ὅτι πρὸς τῆς ἀπορίας μέρους καὶ ἔλλειψιν καὶ ἰσχυρίων καὶ ἀπειρίας ἀναποδοκίμουσι γρη.
- <sup>e</sup>. Ὅτι ἐπιδοκίμου ἵκανοὶ εἶναι δεῖ τῆς ἀκαταστάσεως.
- <sup>f</sup>. Ὅτι τῷ μακαρίῳ Παύλῳ μάλιστα τὸν ἀπελπίετο.
- <sup>g</sup>. Ὅτι οὐκ εἶναι τὸν ἄριστον μόνον λαμπρῶς ἴστατον, ἀλλὰ καὶ ἄπο τῶν ἄλλων.
- <sup>h</sup>. Ὅτι καὶ ἡμῶς τούτου βουλήται κατανοῆσαι.
- <sup>i</sup>. Ὅτι τούτου μὴ παρόντος ἐφ' ἑαυτῷ, πολλὰ ἀμάρτηα τοῖς ἀρχαίοις ἔργασι ἵστασθαι.

α'. Ταῦτα ὁ ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ ἀκούσας, καὶ μικρὸν ἐπισχῶν, ἄλλ' εἰ μὴ αὐτὸς ἐσπούδασας, φησί, ταύτην κτήσασθαι τὴν ἀρχὴν, ἔγχεν ἂν σοὶ λύπην οὗτος ὁ φόβος. Τὴν γὰρ ὀμολογήσαντα ἐπιτήθειον εἶναι πρὸς τὴν τοῦ πράγματος διοικήσιν τῷ σπούδασαι λαβεῖν, οὐκ εἶναι μετὰ τὸ πιστευθῆναι ἐν οἷς ἂν σφάλληται [402] καταφεύγειν εἰς ἀπειρίαν. Προλαβὼν γὰρ αὐτὸς ἐκλυτῷ ταύτην ἀπειλετο τὴν ἀπόλασιν, τῷ προσδραμεῖν καὶ ἀποκταίει τὴν διακονίαν, καὶ οὐκ ἔτι ἂν δύναιτο λέγειν ὃ ἐκὼν καὶ ἐθέλων τῆς ἐπὶ τοῦτο ἔλθῶν, ὅτι Ἄκων τὸ δεῖνα ἤμαρτον, καὶ ἄκων τὸν δεῖνα διεφθεῖρα. Ἐρεῖ γὰρ πρὸς αὐτὸν ὁ ταύτην αὐτῷ τότε δικαίως τὴν δίκην· καὶ εἰ δὴποτε τοσαύτην σεαυτῷ συνειδῶς ἀπειρίαν, καὶ οὐκ ἔχων <sup>b</sup> διάνοιαν ἰκανὴν πρὸς τὸ μεταγερῆσαι τὴν τέχνην ταύτην ἀναμαρτήτως, ἔσπευσας καὶ ἐτόλμυσας μεῖζονα τῆς οὐκείας θυνάμεως ἀναδέξασθαι πράγματα; τίς ὁ κατ-

αναγκάσας; τίς ὁ πρὸς βίαν ἔλκυσας ἀποπηδῶντα καὶ φεύγοντα; Ἄλλ' οὐ σὺ γε τούτων οὐδὲν ἀκούση ποτε· οὐτε αὐτὴς γὰρ ἂν ἔχως τοιοῦτον εἰ σεαυτοῦ καταγνώσιναι, καὶ πᾶσιν ἐστὶ καταφανὲς εἰ οὐτε μέγα οὐτε μικρὸν ὑπὲρ ταύτης ἐσπούδασας τῆς τιμῆς, ἀλλ' ἑτέρων γέγονε τὸ κατάρθωμα. Καὶ ἄπερ ἐκείνους ἐν τοῖς ἀμαρτήμασιν οὐκ ἀπίστων ἔχει συγγνώμην, τοῦτο σοὶ πολλὴν παρέχει πρὸς ἀπόλασιν τὴν ὑπέθεσιν. (ΧΡΥΣΟΣΤ.) Πρὸς ταῦτα ἐγὼ κινήσας τὴν κεφαλὴν, καὶ μετὰ τὴν ἡμέραν ἐθαύμαζόν τε αὐτὸν τῆς ἀπλότητος, καὶ πρὸς αὐτὸν ἔλεγον· Ἐβουλόμην καὶ αὐτὰς ταῦτα οὕτως ἔχειν, ὡς ἔφησ, ὡ πᾶντων ἀγαθώτατε σὺ, οὐχ ἵνα δέξασθαι δυνήθῃς τοῦτο, ἀπερ ἐφυγον νῦν. Εἰ γὰρ καὶ μηδεμίαν μοι προῦκειτο κόλασιν ὡς ἔτυχε καὶ ἀπειρίας ἐπιμολογῆσιν γαλιματῆρος τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ἐμολίπισσεν τιμωρίας χαλεπότερον ἦν αὐτὸ τὸ πιστευθῆναι πράγματα οὕτω μεγάλα περι τὸν πιστευθῆναι οὕτω φανήναι κακῶν. Τίγος οὖν ἔνεκεν ἡγήσομαι τὴν δόξαν σου ταύτην μὴ διαπεσεῖν, ἵνα τοὺς ἄλλοις καὶ τάλαιπῶρος (οὕτω γὰρ δεῖ καλεῖν τοὺς οὐχ εὐρόντας καλῶς ταύτης προστήναι τῆς πραγματείας, κἀν μυριάκις αὐτοῖς πρὸς ἀνάγκην ἔχθαι λέγησ, καὶ ἀγνοοῦντας ἀμαρτεῖν), ἵνα τούτους διαφυγῆν γένηται τὸ πῦρ ἐκείνου τὸ σθεσθῆναι, καὶ τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, καὶ τὸν σκώληκα τὸν ἀτελεύτητον <sup>c</sup>, καὶ τὸ δογοτομῆθῆναι, καὶ τὸ μετὰ τὸν ὑποκρίων ἀπολέσθαι. Ἄλλὰ εἰ σοὶ πάθος; Οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι. Καὶ, εἰ βούλει γε, ἀπὸ τῆς βασιλείας πρῶτον, ἤς οὐ τοσοῦτος ὅσος τῆς ἱερουσῆνης τῷ Θεῷ λόγος, πᾶρξεν σοὶ τούτων ὧν εἶπον τὴν πίστιν. Ὁ Σαούλ ἐκείνος ὁ τοῦ Κεῖς <sup>d</sup>

<sup>a</sup> Alii ἐαυτοῦ.  
<sup>b</sup> Mor. et aliquot mss. καὶ πῶς οὐκ ἔχων, Sav. et alii καὶ οὐκ ἔχων. Mor. post ἀμαρτήτως, alii ἐσπούδασας. Infra Savil. et aliquot mss. ἀλλὰ οὕγε, Mor. et alii ἀλλ' οὐ οὕγε.

<sup>c</sup> Alii τὸν ἀκούομενον.  
<sup>d</sup> Alii Κεῖ.



que tamen ille statim regnum adiit, licet id a propheta audisset, sed deprecabatur, reuebatque dicens: Quis sum ego, et que domus patris mei? Quid ergo? an cum honore sibi per Deum tradito male usus esset, potuit his verbis eximi ab ira ejus, qui se in regem constituerat? Atqui poterat ad Samuelem increpantem dicere: Num ego regnum inuasi? num insilivi in hanc potentiam? vitam privatam, otiosam et quietam ducere volebam: tu vero me in hanc dignitatem portaxisti. Si in illa humilitate permansissem, hæc offensa facile declinasset; nam cum ex vulgarij et ignobilium essem numero, ad hoc opus missus nunquam fuisset; neque mihi bellum contra Amalecitas Deus commisit; quo mihi non commisso in peccatum hujusmodi nunquam incidissem. Verum hæc omnia ad defensionem infirma sunt; nec infirma modo, sed periculosa, quæ Dei magis iram accendant. Eum enim, qui meritis majorem dignitatem accepit, non oportet ad peccatorum excusationem honoris magnitudinem ostendere, sed ad majorem in virtute profectum uti magno illo Dei erga se studio. Ille vero quia meliorem nactus dignitatem, ideo peccare sibi licitum esse existimabat, nihil aliud, quam Dei clementiam peccatorum suorum causam facere conatus est. Quod sane impiis, et iis qui vitam ignaue ducunt, mos est dicere. Nos autem non sic affectos esse, nec in similem decidere insaniam decet, sed ubique curare ut quæ facultatis nostræ sunt adhibeamus, ac bene de Deo cogitemus et loquamur. Neque enim Heli (1. Reg. 4. 18), ut misso regno ad sacerdotium, de quo nunc agitur, transeamus, principatum studio acquisierat. Quid igitur id illi profuit, cum peccasset? Quid dico, acquisierat? ne si voluisset quidem, lege ita cogente, poterat effugere: nam ex tribu Levi erat, et principatum ex generis retro successione accipere illum oportebat. Attamen et hic non minimas filiorum petulantia: penas luit. Quid autem ille qui primus Judæorum sacerdos fuit, de quo tam multa cum Moyses Deus verba fecit? Quia non potuit solus tanto multitudinis furori obistere (Exod. 32. 10), annon parum abfuit quin periret, nisi fratris patrocinium Dei iram avertisset? Quia vero Moysis mentionem fecimus, e re fuerit etiam ex iis quæ ipsi contigerunt rei veritatem probare. Hic quippe B. Moyses tantum abfuit, ut præfecturam Judæorum invaderet, ut oblatam recusaret (Exod. 4. 15), Deoque jubente renueret, atque ipsum irritaret. Neque tunc tantum, sed etiam postea, cum principatum obtincret, lubens mortem subiisset, ut eum exucret: *Occide me, inquit, si ita mecum facturus es* (Num. 11. 15). Quid igitur, postquam peccavit ad aquam, potuerene assidue illæ recusationes ipsum defendere, et a Deo veniam impetrare (Num. 20. 12)? æquanam alia de causa terra illa promissionis privatus est? Certe non alia, ut omnes scimus, quam propter hoc peccatum, ejus causa admirandus ille vir non eadem, quæ subditi, consequi potuit; sed post multos labores multaque miserias, post evagationem illam inenarrabilem,

<sup>1</sup> Alii, iniquitatis.

*Christum Patri æqualem esse probatur.* — Quemadmodum igitur soli Imperatori illa licent, nemini autem subjectorum, ac si quis eadem faciat, ac jure faciat, illum quoque Imperatorem esse necesse est, ita etiam hæc in re, quoniam in conspectum se dat Christus ista pro auctoritate faciens, ac deinde accusatus Patrem prætendit ita dicens, *Pater meus usque modo operatur; necessarium prorsus est, et hunc æqualem illi esse, qui pro auctoritate faciat. Non enim nisi æqualis esset, hoc sui facti probandi modo uteretur.* Atque ut clarius cognoscatis quæ dicitur, solverant aliquando sabbatum discipuli, cum spicis vellent, et comedere in sabbato (*Matth. 12. 1*): solvit et ipse nunc. Et illos reprehenderunt Judæi: reprehenderunt et huic. Videamus qualem quidem pro illis defensionem afferat, qualem vero pro seipso, ut ex differentia præstantiam et vim defensionis ejus intelligas. Qualem igitur defensionem pro illis afferat? *Non legistis quid fecerit David, quando esuriit (Ib. v. 3)*? Quando enim servos defedentes suscipit, confugit ad conservum illorum Davidem: quando autem seipsum, rationem refert ad Patrem. *Pater meus operatur, et ego operor (Joan. 5. 17).* Quam verè, quaerit fortasse quispiam, operationem dicit? *Nam in sex diebus requiescit Deus ab omnibus operibus suis (Gen. 2. 2).* Nempe quotidianam providentiam. Non enim solum protulit creaturam, verum etiam prolata tuetur, et fovet: sive angelos dixeris, sive archangelos, sive superiores potestates, sive omnia prorsus, quæ sub aspectum cadunt, et quæ non cadunt: cuncta fruntrue providentia illius, et si destituantur efficaci illius ac-

ticne, diffluunt, dilabuntur, pereunt. Ergo cum vellet Christus ostendere suum esse providere, non autem sibi provideri, efficaciter agere, non autem agi, et alterius efficientiam subire, ita dixit, *Pater meus operatur, et ego operor*, æqualem se Patri demonstrans.

5. *Cum probis moribus recta fides.* — Hæc memoria tenete, et quam diligentissime custodite, et contextite philosophiam morum cum recto dogmatum habitu: quod et nuper hortatus sum, et nunc hortor, neque finem hortandi faciam. Morum autem institutionem, et philosophiam nihil æque adducit, atque hoc in loco sæpe versari. Nam quemadmodum squalens terra, si neminem habeat a quo irrigetur, spinis et tribulis scateat; quæ autem cultrice manu fruitur, germinat et floret ac redndat magna fructuum copia; ita sane et anima, illa quidem, quæ fruitur irrigatione divinorum sermonum, germinat et floret, et circumluit fructibus Spiritus: quæ autem inculca et in squalore, ac sine ejusmodi irrigatione dimittitur, ea sola reliquitur et silvescit, et multas profert spinas, ipsam peccati naturam. Ubi autem spinæ, ibi dracones, et serpentes, et scorpia, et universa potestas diaboli. Quod si his verbis non credis, age conferamus nobiscum eos, qui hoc auxilio caruerunt; ac tunc demum videbitis, quantum intercedat intervallum. Potius autem ipsi nos ipsos examinemus, quales quidem simus, dum divina doctrina fruimur, quales autem, cum diu hæc privamur utilitate. Ne igitur tantum lucri profundamus. Hoc enim in loco frequentem esse, omnia conciliat bona. Hinc cum discedunt, et vir mulieri videtur honoratior, et mulier viro amabilior. Etiam mulierem non pulchritudo corporis valde anabilem reddit,

sed animæ virtus; non pictura et fucus, neque aurum, neque vestes pretiosæ: sed temperantia et probitas et timor stabilis erga Deum. Ad hæc vero, quæ sub intelligentiam cadit pulchritudinem comparandum nusquam alibi accurata exercitationis ratio adhibetur, præterquam in hoc admirabili ac divino loco, apostolis et prophetis tergentibus, ornantibus, abradentibus senectutem peccati, adducentibus vigorem juventutis, omnem rugam, omnem maculam, omnem ævum ejicientibus ex animis nostris. Hanc igitur, et viri et mulieres, studeamus nobis familiarem facere pulchritudinem, ut nobiscum habitet. Nam corporis pulchritudinem et morbus tabefacit, et temporis longitudo corrumpit, et senectus extinguit, et mors ingruens totam medio tollit. Eato vero quæ in anima est, non tempus, non morbus, non senectus, non mors, non aliud hujusmodi quidquam potest perdere: sed perpetuo floret. Et pulchritudo quidem corporis sæpe spectatores ad intemperantiam provocat. At ea, quæ in animo, ipsismet Deum ad sui amorem allicit, prout etiam propheta dixit, *Ecclesiam alloquens, Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam: et oblitiscere populum tuum, et domum patris tui: et concupiscet Rex decorem tuum* (Psal. 44. 11. 12). Igitur, o dilecti, ut amicitiam cum Deo contrahamus, hæc quotidie pulchritudinem curamus et colamus, Scripturarum lecture omnem maculam abstergentes, precibus, elemosynis, mutua concordia: ut rex, amator factus nostræ quæ in animo pulchritudinis, dignetur nos cælorum regno: quod utinam nos omnes consequamur gratia et humanitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria, simulque Spiritui sancto, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

## IN LIBRUM QUOD CHRISTUS SIT DEUS, CONTRA JUDÆOS ATQUE GENTILES,

Argumenti ratione moti, hunc librum post homilias *contra Anomæos* et *De consubstantiali* ponimus. Agitur enim utrobique de divinitate Christi, quam Anomæi alique omnes Ariani vel negabant; cum dicerent Christum Deum quidem esse, sed non vere Deum; vel ore tantum tenus confitebantur, cum illum simpliciter Deum vocabant: Judæi vero atque gentiles absque ullo temperamento rejiciebant. Commode igitur hæc opera, quæ ut fors tulit separata fuerant, una serie legenda offerimus: nec minus opportune huic librum ante homilias *contra Judæos* locamus, quando ipse Chrysostomus in hoc opere contra Judæos se concionaturum propediem esse pollicetur: ubi eas ipsas quæ post hunc librum sequuntur homilias ipsum commemorare verisimile est, ut mox dicitur. Quo autem tempore quæ occasione hunc edidit librum, conjecturis non levibus neque dubiis episcari possumus. Primo quidem non dum episcopum fuisse, nec Constantinopoli tunc degisse Chrysostomum suadere videntur hæc verba: Καὶ ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει

δὲ οὐδὲ πρὸς τοὺς ἀποστόλους ἐγγύς, ἀλλὰ παρ' αὐτῶν τὰ πρόθυρα ἔξω ἀγαπητὸν εἶναι ἐνόμισαν οἱ τὰ διαβήματα περιβαίμενοι τὰ σώματα αὐτῶν κατορῦντεσθαι, καὶ γεγῶσαι θυρωροὶ λοιπὸν τῶν ἀλλείων οἱ βασιλεῖς· καὶ ἐν τῇ τελευταίῃ οὐκ ἀσχύρονται, ἀλλὰ καὶ ἐγκαλιπίζονται, οὐ μόνον αὐτοὶ, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐκγονοὶ ἐξείων. I. e. Constantinopoli vero non prope apostolos, sed foris ad ipsa limina optaverunt ii qui diademate redimiebantur, corpora sua sepeliri, atque ita imperatores piscatorum ostiarii facti sunt: sic in obitu hoc non dedecori, sed honori sibi esse putant non solam ipsi, sed etiam eorum nepotes. Hæc vix putentur esse Constantinopoli commemorantis: et sane pari modo de Constantinopoli loquitur, quo de urbe Roma paulo ante verba fecerat. Antiochiæ igitur S. doctorem hanc suscepisse operam certum videtur. Hinc non inferiorem temporis notam suppeditat Chrysostomus paulo ante finem operis, ubi postquam ex Veteris Testamenti locis carptim allatis probavit, in adventu Christi abrogandum esse cultum Judaicum, hæc adjicit: Ἄλλὰ ταῦτα μὲν ἦν καὶ

οφεται καὶ διαβρῆθαι [556] ἀπόλυται. Βουλόμενος τοῖνυν δεῖξαι ὁ Χριστός, ὅτι τῶν προνοουμένων ἐστὶ, καὶ οὐχὶ τῶν προνοουμένων, τῶν ἐνεργούντων, οὐχὶ τῶν ἐνεργουμένων, εἶπεν, Ὁ Πατὴρ μου ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι· τὸ πρὸς τὸν Πατέρα ἰσοστάσιον ἐπιδείξει βουλόμενος.

ε'. Ταῦτα δὲ μέμνησθε, καὶ φυλάττετε μετὰ ἀκριβείας ἀπάσης, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς πολιτείας φιλοσοφίαν τῆς τῶν δογμάτων ὀρθότητι συνυφαινετὲ· ὁ καὶ πρῶτην παρεκάλεισα, καὶ νῦν παρακαλῶ, καὶ παρακαλῶν οὐ παύσομαι· πολιτείας δὲ καὶ φιλοσοφίαν οὐδὲν οὕτως, ὡς ἡ ἐνταῦθα ποιεῖ διατριβή. Καθάρπε γὰρ ἡ χειρουργία γῆ, μηδένα τὸν ἀρδύοντα ἔχουσα, γέμει ἀκανθῶν καὶ τριβόλων, ἢ δὲ γεωργικῶν ἀπολαύουσα χειρῶν τέθλη καὶ κομῆ καὶ πολλὴ βρῦει· τῷ καρπῷ· οὕτω δὲ καὶ ἡ ψυχὴ, ἢ μὲν τῆς ἀρδείας τῶν θείων ἀπολαύουσα λογίην, τέθλη καὶ κομῆ καὶ πολλὴ βρῦει τῷ καρπῷ τοῦ Πνεύματος· ἢ δὲ ἐν αὐμῷ καὶ ἀμελεῖ καὶ σπάνει τῆς τοιαύτης ἀρδείας καθεστῶσα ἐρημοῦται καὶ ὕλανεῖ καὶ ἀκάνθας ἐκφέρει πολλὰς, τῆς ἀμαρτίας τὴν φύσιν. Ἐνθα δὲ ἀκανθαί, ἐκεῖ δράκοντες καὶ ὄφεις καὶ σκορπιοὶ καὶ πᾶσα ἡ δύναμις τοῦ διαβόλου. Καὶ εἰ ἀποταίε τῷ λόγῳ, φέρε, τοὺς ἀπολειφθέντας καὶ ἡμᾶς παραβάλλωμεν, καὶ ὄψεσθε τότε ποῦ τὸ μέσον· μέλλον δὲ ἡμεῖς ἡμᾶς αὐτοὺς ἐξετάσωμεν, τίνας μὲν ἔσμεν θείας ἀπολαύοντες διδασκαλίας, τίνας δὲ ἐπὶ πλείον ταύτης ἀποστερημένοι τῆς ὠφελείας τυγχάνομεν. Μὴ τοῖνυν προδομέν κέρδος τοσοῦτον. Ἦ γὰρ ἐνταῦθα διατριβὴ πάντων οὐσῶσε· ἵστι τῶν ἀγαθῶν· ἐντεῦθεν ἀναχωρῶν καὶ ἀνήρ γυναικὶ φανεῖται τιμώτερος, καὶ γυνὴ ἀνδρὶ ποθεινότερα. Γυναίκα γὰρ ἐπέραιστον οὐκ εὐμορφία ποιεῖ

σώματος, ἀλλὰ ψυχῆς ἀρετῆ, οὐκ ἐπιτερίμματα καὶ ἰσογραφαί, οὐδὲ χρυσίον καὶ ἱμάτια πολυτελεῖ, ἀλλὰ σωφροσύνη καὶ ἐπισκεία καὶ φόβος ἐρεδόμενος πρὸς Θεόν. Καὶ τὸ νοσην κάλλος οὐκ ἐστὶν ἀλλαγοῦ πρὸς ἀριβείαν ἀσκηθῆναι, ἀλλ' ἢ ἐν τῷ θαυμαστῷ καὶ θεῷ τούτῳ χωρῶν, τῶν ἀποστόλων, τῶν προφητῶν ἀποσημῶντων, καλλωπιόντων, ἀποζυώντων τῆς ἀμαρτίας τὸ γῆρας, ἐπαγόντων τῆς νεότητος τὴν ἀκμήν, πᾶσαν κηλῖδα, πᾶσαν βυτίδα, πᾶν σπῖλον ἐκβαλλόντων τῆς ψυχῆς τῆς ἡμετέρας. Τοῦτο τοῖνυν καὶ ἀνδρες καὶ γυναῖκες σπουδάσωμεν ἑαυτοὺς ἐγκαταοικισαὶ τὸ κάλλος. Τὸ μὲν γὰρ τοῦ σώματος καὶ νόσος ἐμάρανται, καὶ πᾶθῶς χρόνου διέφθειρε, καὶ γῆρας ἔσθεσε, καὶ θάνατος ἐπιελθὼν ἀνελίεν ἅπαν· τὸ δὲ τῆς ψυχῆς οὐ χρόνος, οὐ νόσος, οὐ γῆρας, οὐ θάνατος, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τῶν τοιοῦτων λυμῆσθασι δύναται, ἀλλὰ μένει διηνεκίως ἀνόητον. Καὶ τὸ μὲν τοῦ σώματος τοὺς ὀρώντας εἰς ἀκόλαστον ἐκκαλεῖται πολλαίς, τὸ δὲ τῆς ψυχῆς κάλλος αὐτὸν τὸν Θεὸν πρὸς τὸν ἔρωτα ἐπισπάται τὸν οἰκεῖον· καθάρπε καὶ ὁ Προφήτης φησὶ, πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν διαλεγόμενος· Ἀκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ [557] κλίνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐκλίθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς σου, καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. Ἰνα οὖν, ἀγαπητοί, γενώμεθα φίλοι τῷ Θεῷ, τοῦτο καὶ ἑκάστην ἡμέραν ἐξασκῶμεν τὸ κάλλος, τῆ τῶν Γραφῶν ἀναγνώσει πᾶσαν κηλῖδα ἀποσημῶντας, ταῖς εὐχαῖς, ταῖς ἐλεημοσύνας, τῆ πρὸς ἀλλήλους ἁμοιολίᾳ· ἵνα ὁ βασιλεὺς ἐραστὴς ἡμῶν τῆς κατὰ τὴν ψυχὴν εὐμορφίας, τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἡμᾶς καταξιώσῃ· ἥς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

b Savil. in textu et Reg. οὐκ ἐν γράμματι καὶ, Savil. in marg. οὐκ ἐπιτερίμματα καὶ, qua posterior lectio vera, et legitur etiam apud Morel.

\* Reg. καὶ πολλῶν βρῦει, et infra similiter.

## MONITUM.

ἄν πρὸς Ἰουδαίους λέγωμεν, σαφέστερον καὶ εὐρύτερον ἀναπτύξομεν. *Verum hæc, quando contra Judæos dicemus, clarius et fusius explicabimus.* His porro verbis sequentes contra Judæos homilias indicare prorsus videtur. Nam ibi ex prophetarum et Veteris Testamenti auctoritate pluribus demonstrat tollendum abrogandumque post adventum Christi esse cultum Judaicum. Cum autem non in tribus prioribus contra Judæos homiliis, quæ anno 586 habitæ sunt, sed in quinque posterioribus potissimum, quas habuit Chrysostomus anno 387, mense circiter Septembris, abrogatum fuisse cultum Judaicum multis argumentis probe atque erudite demonstrat: hinc sequitur hunc seu librum seu sermonem, ubi id se facturum pollicetur, ante mensem Septembrem 387 adornatum fuisse.

An porro concionis more hunc sermonem ad populum habuerit, an scripsit legendum, nec oratorio more recitandum, non ita facile est augurari. Licet enim initio in auditorium cujusve generis et conditionis commodum se brevitate studere pro-

fitetur: attamen hæc nunquam concionatus fuisse videtur. Si enim concionatus esset, homiliam certe prolixiorum, quam ut posset una vice tota persolveri, plures in partes divisisset, et alias non semel fecit. Et alioquin quantumcumque prolixa sit, non integra tamen est: certumque videtur magnam ejus partem in fine desiderari. Sic vero inutilam habuit vetus interpres, sic prius editi, sic habet etiam Codex Colbertinus: unde fortasse dulium oriatorum, integram [558] unquam ediderit Chrysostomus. Stylus admodum redundat, maxime autem a medio ad finem: eodem orandi genere scriptus quo liber contra gentes et in *S. Babylon.* concio secunda in *Eutropium*, homilia *De anathemate*, homilia aliquot *De penitentia*, quæ non sunt ejusdem aequo cætera opera elegantior, quia fortassis ex tempore scripta. Par suspicio nascitur hunc item librum non fuisse secundis curis expoliitum.

Interpretationem incerti auctoris quæ in editis ante legebatur, utpote non satis accuratam. rejecimus, novamque paravimus.

[558] Πρὸς τοὺς Ἰουδαίους καὶ Ἑλληνας ἀπόδειξις, ὅτι ἐστὶ θεὸς ὁ Χριστός, ἐκ τῶν παρὰ τοῖς προφήταις πολλοῦ περὶ αὐτοῦ εἰρημένων \*.

α'. Ἐπειδὴ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, οἱ μὲν οἰκοθεν ὄντες ῥάθυμοι, οἱ δὲ τοῖς βιωτικαῖς ἑαυτοῦς μετὰ πολλῆς ἐκδεδικωκῆτος τῆς σπουδῆς, ἕτεροι δὲ καὶ ὑπὸ ἀμαθίας πολλῆς κατεχόμενοι, οὐκ ἂν ῥάθως μακρῶν ἀνάσχοιντο λόγων, ἀναγκαῖον εἶναι ἐνόμισα τὸν ἐκ τῆς μακρηγορίας ὑποτεμεσθαι πόνον· ὥστε καὶ τὸν ἕκον ἀνελεῖν τῆ βραχυλογία τῶν ῥαθύμων, καὶ τοὺς σφόδρα αὐτῶν ἀναπεπτωκῆτας πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν, πείσαι τῆς προκειμένης ἡμῖν πραγματείας μετὰ πολλῆς ἀκρόσασθαι τῆς προθυμίας. Διὰ τοῦτο οὐδὲ καλλωπίζων ῥήμασι τε καὶ ὀνόμασι τὴν ἐρημνεῖαν, ἀλλ' αὐτὰ τίθεις τὰ ὀνόματα οὕτως, ὡς καὶ οἰκῆτρ, καὶ θεραπευτῆ, καὶ χίρρα γυναικί, καὶ κατ' ἡμ, καὶ ναῦτη, καὶ γηρόνῃ ῥάδια εἶναι καὶ εὐληπτα, πανταχοῦ πειράσσομαι συστῆλαι τὸ μήκος, ὡς ἂν ἐγχωρῆ, καὶ δι' ἄλλων τὴν διδασκαλίαν ποιῆσαι, ἑκατέρους τοῦτοις τῶν ὑπῆλων ἀκροατῶν διεγείρων τὴν βρῆξιν εἰς τὸ ῥάθως καὶ χωρὶς καμῆτου τινὸς τὰ ἐγκείμενα ἐπιελθεῖν, καὶ κατασχόντας ἐπὶ μνήμης ταῦτα κερδᾶναι. Ποιῆσομαι δὲ τὸν ἀγῶνα πρὸς Ἑλληνας πρῶτον. Εἰ γὰρ δὴ λέγει ὁ Ἕλληνας, Πῶθεν ὄηλον ὅτι θεὸς ἐστὶν ὁ Χριστός; (τοῦτο γὰρ δεῖ προῦποθέσθαι πρῶτον, ὡς τὰ ἄλλα πάντα τοῦτω ἐπόμυνα) οὐκ ἂν οὐρανίου ποιησόμεθα τὴν ἀπόδειξιν, οὐδὲ ἀπ' ἄλλων τοιοῦτων. Ἐὰν γὰρ εἶπω πρὸς αὐτὸν, ὅτι οὐρανὸν ἔκτισεν, ὅτι γῆν, ὅτι θάλασσαν, οὐκ ἀνέξεται· ἂν εἶπω, ὅτι νεκροὺς ἤγειρε, τυφλοὺς ἰθεράπευσε, δαίμονας ἤλασεν, οὐδὲ τοῦτο καταδέξεται· ἂν εἶπω, ὅτι βασιλείαν ἐπηγγέλλετο καὶ τὰ ἀπορήητα ἀγαθὰ, ἂν περὶ ἀναστάσεως διαλεγθῶ, οὐ μόνον οὐκ ἀνέξεται, ἀλλὰ καὶ γελάσεται. Πῶθεν οὖν αὐτὸν ἐνάξομεν, καὶ μάλιστα ἂν ἰδιώτης ἦ; Πῶθεν ἄλλοθεν, ἀλλ' ἢ ἀπὸ τῶν παρ' ἡμοῦ καὶ αὐτοῦ κοινῶς καὶ ἀναντιρρήτως ὁμολογουμένων, καὶ πρὸς ἃ ἀμφιβολίως οὐκ ἔχει; ὅτι μὲν γὰρ οὐρανὸν ἐποίησεν καὶ τὰ ἄλλα, ἄπερ εἶπον, ἂν ὑποθῶμαι, οὐκ ἂν ἀνάσχοτο πεσοῖται ῥάθως. Τίνα οὖν ἐστὶν ἃ καὶ ἐκεῖνος ὁμολογεῖ αὐτὸν πεποιηκέναι, καὶ οὐδαμῶς ἂν ἀντίποιε; Ὅτι τὸ Χριστιανῶν γένος αὐτὸς ἐφύτευεν· οὐ γὰρ δὴ καὶ πρὸς τοῦτο ἀντιρεῖ, ὅτι τὰς πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησίας αὐτὸς ἐπήγατο. Ἀπὸ τούτων παρεχόμεθα τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τὴν ἀπόδειξιν, καὶ δεῖξομεν αὐτὸν ὄντα

θεόν, καὶ ἔρομεν ὅτι οὐκ ἐστὶν ἀνθρώπου φύλοῦ τοσαύτην ἐν βραχεῖ καίρῳ περιελθεῖν οἰκουμένην, καὶ γῆν, καὶ θάλατταν, καὶ ἐπὶ τοιούτοις καλεῖν πράγμασιν οὕτως, καὶ ταῦτα ὑπὸ ἀτόπου συνηθείας προκατειλημμένους ἀνθρώπους, μᾶλλον δὲ ὑπὸ τοσαύτης κακίας κατεχομένους. Καὶ ὅμως ἴσχυσε [559] τούτων πάντων τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐλευθερώσαι, οὐχὶ Ῥωμαίους μόνον, ἀλλὰ καὶ Πέρσας, καὶ ἀπλῶς τὰ τῶν βαρβάρων γένη. Καὶ ταῦτα κατώρθωσεν, οὐχ ὅπλοις χρώμενος, οὐ χρήματα βασιανῶν, οὐ στρατόπεδα κινῶν, οὐ πολέμους ἀναρρητίζων, ἀλλὰ δι' ἑνδεκα ἀνθρώπων τὴν ἀρχὴν, ἀσῆμων, εὐτελῶν, ἀμαθῶν, ἰδιωτῶν, πενήτων, γυνῶν, ἀπόλων, ἀνοποδῆτων, μονοχιτῶνων. Τί λέγω, κατώρθωσε; πείσαι ἡδυνήθη τοσαῦτα φύλα ἀνθρώπων, οὐ περὶ τῶν παρόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν μελλόντων φιλοσοφῆν, καὶ νόμους πατρῴους ἀνασπάσαι, καὶ παλαιὰ ἔθνη τοσοῦτην ῥιζοῦθέντα χρόνῳ ἐκ ῥιζῶν ἀνελεῖν, καὶ ἕτερα ἀντιπυτεύσαι, καὶ τῶν εὐκόλων ἀπαγαγόντα εἰς τὰ δύσκολα ἐμβαλεῖν τὰ αὐτοῦ, καὶ ταῦτα ποιῆσαι πολεμούμενον παρὰ πάντων, καὶ σταυρὸν ὑπομενηκέναι· χλευαζόμενον καὶ θάνατον ἐπονεῖσθαι. Οὐ γὰρ δὴ καὶ πρὸς ταῦτα ἀντεροῦσιν, ὅτι οὐκ ἔστιν οὐδὲ ὑπὸ Ἰουδαίων, καὶ τὰ μυρία ἔπαθε παρ' αὐτῶν, καὶ ὅτι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιδίδωσι τὸ κτήρυγμα. Καὶ τὸ παρὰ ἄλλοθεν, οὐκ ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ Πέρσας ἀνθεῖ, ἔτι καὶ νῦν παρ' αὐτέῃς πολεμούμενον.

Καὶ γὰρ παρ' ἐκεῖνοις ὄρη μαρτύρων δῆμοι πολλοὶ, καὶ ὅμως οἱ καὶ λύκων αὐτῶν ἀγριώτεροι δεξάμενοι τὸ κτήρυγμα, προβάτων ἡμερώτεροι γέγονασι, καὶ περὶ ἀθανασίας, καὶ περὶ ἀναστάσεως φιλοσοφῶσι καὶ τῶν ἀπορήητων ἀγαθῶν.

β'. Οὐκ ἐν ταῖς πόλεσι δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν ἔρημον ταῦτα ἐξῆλθε τὰ κατορθώματα, καὶ εἰς κώμας, καὶ εἰς χώρας, καὶ εἰς νήσους καὶ ὄρους καὶ ἐπίπετα· καὶ οὐκ ἰδιώται, οὐδὲ ἀρχοντες ἀπλῶς, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ τὰ διαθήματα περιεχόμενοι, μετὰ πολλῆς εἰσιν ὑποεταγμένοι τῆς πίστεως τοῦ σταυροῦθέντι. Καὶ ὅτι ταῦτα πάντα οὐχ ἀπλῶς γέγονεν, ἀλλὰ μετὰ προῤῥήσεως πρὸ πολλοῦ γεγεννημένης χρόνου, ἐπὶ τῷ παρόντι ἀποδείξει πειράσομαι· μᾶλλον δὲ ὡς α:

\* Collata cum cod. Colb. 3085, ubi perperua discrimina.

ADVERSUS JUDÆOS ET GENTILES DEMONSTRATIO, QUOD CHRISTUS SIT DEUS, EX IIS, QUÆ  
MULTIS IN LOCIS DE ILLO DICTA SUNT APUD PROPHETAS.

1. Quoniam plerique hominum, sive ex innata cordia, sive ex nimia sæcularium rerum, quibus se dederunt, cura atque sollicitudine, alii vero ignorantia magna detenti, prolixos sermones non libenter audiunt, operæ pretium visum est, multiloquii molestiam rescacare : ut sermonis brevitate cum segnitiam eorum tollam, tum iis, qui in lectionis fastidium prolapsi sunt, suadeam, ut præsentî orationi magna cum aclaritate aures præbeant. Ideo nullis verborum nominumque lenociniis utens, sed dicta sic temperans, ut famulo, ancillæ, viduæ, instituti, nautæ et agricolæ captu facilia sint, brevitati insuper, quantum fas erit, ubique studebo : paucisque doctrinam tradere satagam : atque utroque modo oscitantium auditorum studia excitabo ; quo facile et absque labore hæc percipere possint, iisque in memoria repositis, lucrum inde reportent. Primum autem cum Gentilibus manus conseram. Nam si dixerit Gentilis, unde manifestum est Christum esse Deum? (hoc enim ante omnia præstituerè oportet, utpote cum cætera inde consequantur) non a cælo demonstrationem petemus, neque ab aliis id genus. Nam si illi dixerò, cælum creavit, terram item vel mare, id ipse non feret ; si dixerò, mortuos suscitavit, cæcos curavit, dæmonas fugavit, neque hoc admittet ; si dixerò, regnum promisit et occulta bona, si de resurrectione verba fecero, hoc non modo non recipiet, sed etiam ridebit. Unde igitur, maxime si idiota sit, illum iustitiamus? Unde, inquam, nisi ex iis, quæ apud me et illum in confesso sunt, nec in dubium vocari possunt. Nam si supponam ipsum condidisse cælum et alia, quæ dixi, id ille non facile credit. Quenam igitur sunt ea, quæ ipsum fecisse Gentilis ipse fateatur, neque negare potest? Quod Christianorum genus ipse fundaverit : neque enim illud negaturus est, quo l'universas per orbem Ecclesias considerit. Hinc ejus potentia argumentum ducemus, et ostendemus ipsum vere Deum esse : dicemusque non esse puri

hominis tantum orbem, terram, tam brevi tempore pervadere, et ad res tantas evocare ; cum maxime tam absurdis moribus assueti homines essent, et tot malis irretiti. Et tamen potuit ille humanum genus ab his omnibus liberare ; non Romanos tantum, sed Persas et omne Barbarorum genus. Hæc porro fecit non armis usus, non sumptibus, nullis exercitiis, non commissis præliis, sed principio per undecim viros, ignobiles, viles, ignaros, idiotas, pauperes, nudos, inermes, calceis carentes, una tunica tectos. Quid dico, fecit? Persuadere potuit tot hominum gentibus, ut non de presentibus tantum, sed etiam de futuris philosopharentur, utque patrias leges evellent, veteresque mores tanto tempore radicates penitus tollerent, aliosque substituerent, qui ab assuetis et facilibus ad difficiliora ejus præcepta traderent. Hæc vero facerè potuit, dum oppugnaretur ab omnibus : crucemque sustinuit, infame supplicium, ac mortem ignominiosissimam. Neque enim negabunt ipsum a Judæis crucifixum innumeraque ab illis passum esse, et tamen quotidie prædicationem accrescere : quodque incredibile videatur, ea non hic tantum, sed et apud Persas floret, etiamsi ab illis oppugnetur.

*In Perside Martyres multi.* — Etenim apud illos quoque martyrum examina multa : et tamen qui ipsis lupis ferociores erant, accepta prædicatione, ovibus mansuetiores evasere : jamque de immortalitate, de resurrectione et de ineffabilibus bonis philosophantur.

2. *Christum Deum et hominem futurum esse prædictum est.* — Non in urbibus tantum, sed etiam in deserto hæc præclare gesta videas, in vicis, in agris, in insulis, in portibus et navalibus : non idiotæ, non principes tantum, sed illi ipsi qui diademate redimuntur, crucifixo magna cum fide subditi sunt. Quod autem hæc non temere contigerint, sed diu ante prædicta sint, jam demonstrare conabor. Imo vero, ut ne sermo noster suspectus sit, operæ pretium erit libros

Judeorum, qui ipsum crucifixerunt, in medium proferre, ipsorumque testimonia ex Scripturis, quae penes eos asservantur, excerpta sub incredulorum oculis percurrere. Quod igitur Deus homo futurus sit, Deusque mansurus, primus omnium dicit Jeremias : *Hic Deus noster, non reputabitur alius ad illum. Invenit omnem viam scientiae, et dedit illam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo. Post hoc in terra visus est, et cum hominibus conversatus est (Baruc. 3. 36-38)*. Vides quomodo omnia paucis verbis declaravit, nempe quod Deus existens, homo factus sit, et cum hominibus conversatus sit; et quod veterem legem ipse canderit? Nam *Invenit, inquit, omnem viam scientiae, et dedit illam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo*. Hic quippe docet, etiam ante Incarnationem ipsum omnia dispensasse, omniaquo fecisse, legem statuuisse, providisse, curasse, benefecisse. Alius iterum propheta quomodo dicat ipsum non modo hominem futurum, sed etiam ex Virgine nasciturum, audi : *Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel (Hes. 7. 14)*. Quod interpretantur, *Nobiscum Deus*. Deinde ostendens, non apparenter, sed vere hominem esse, addidit, [*Butyrum et mel comedit. Mos est enim, ut his cibis peculiariter pascantur pueri mox ut nati fuerint. Et declarans, quod non purus homo, iterum addit dicens*]: *Propter quod priusquam sciat puer vocare patrem bonum vel malum, non obtemperat malitiae, ut eligat nomen (Hesai. 7. 16)*. Quod autem non tantum homo et ex virgine, sed etiam ex domo David futurus esset, audi quomodo diu ante praedixerit Hesaias, qui figuris licet usus et metaphora, praedicit tamen : *Egredietur virga de radice Jessæ, et flos de radice ejus ascendet, et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, spiritus timoris Dei replebit illum (Hesai. 11. 1-3)*. Hic enim Jessæ pater fuit Davidis, quia ex illa tribu erat : nec solum ex illa tribu, sed etiam ex domo Jessæ prodibit : id vero praenuntiavit his verbis : *Egredietur virga de radice Jessæ, non de virga simpliciter loquens, sed de illo et de regno ejus. Quod autem non de virga hæc dixerit, in sequentibus declarat : postquam enim dixerat virgam, subjunxit, Et requiescet super eum spiritus sapientiae et intellectus. Nemo enim, etsi admodum insipiens sit, dixerit, spiritus gratiam super lignum advenisse : sed palam est, super templum illud immaculatum venisse. Ideo nou dicit, veniet, sed requiescet : quoniam postquam venit, ibi mansit, nec discessit. Quod Joannes Evangelista declarat his verbis : Ego vidi Spiritum descendantem sicut columbam, et manentem super eum (Joan. 1. 32)*. Neque silentio praetermiserunt sententiam Judaicam, quam illi exhibuerunt ipso nato : nam Matthæus sic loquitur : *Audiens autem Herodes turbatus est, et omnis Jerosolyma cum illo (Matth. 2. 3)*. Hesaiam quoque audi, qui id diu ante praenuntiavit : *Cupient, si fiant*

*igne combusti : quia puer natus est nobis, et filius datus est nobis, et vocatur nomen ejus, magni consilii Angelus, admirabilis consiliarius, Deus fortis, potens, princeps pacis, pater futuri sæculi (Hes. 9. 5. 6)*. Hoc de puro homine dici non posse palam est vel iis, qui admodum contentiosi sunt. Nullus quippe homo a sæculo Deus fortis vocatus est, ut neque tantæ pacis princeps : nam *Pacis ejus, inquit, non est terminus (Ib. v. 7)*. Id declarat rerum eventus, quia totam pervasit terram, universum mare, orbemque habitabilem, montes, saltus, colles, a die illa, a qua Christus incipiens in cælum ascensus dicit : *Pacem meam do vobis : non sicut mundus dat do vobis (Joan. 14. 27)*. Cur ita loquutus est Christus? Quia nimirum pax hominum facile solvitur, variasque habet vicissitudines : pax autem ejus, firma, immota, stabilis, diuturna, immortalis, finem non habens, licet innumera bella undique moveantur, ac mille quotidie parentur insidiæ. Verum illius sermo, qui omnia perficit, hoc cum cæteris effecit.

3. *Modum etiam adventus praedixerunt Prophetae.* — Non solum autem illum hominem futurum, sed etiam modum adventus ejus praedixerunt. Quia enim venturus erat, non tonitrua, non fulmina superne mittens, non quatiens terram, non commovens cælum, non portenta exhibens; sed sine strepitu nulloque conscio in domo fabri nasciturus erat, in domo ignobilis ac vili, audi quomodo neque hoc tacerit David : *Descendet, inquit, sicut pluvia in vellus (Psalm. 71. 6)*, tranquillitatem et quietem significans. Neque hoc tantum; sed etiam quam mansuete et suaviter cum hominibus conversaturus esset, alius propheta declarans vide quid dicat. Nam quia cum contumeliis, spūis, conviciis afficeretur, inhonoraretur, flagellaretur, postremoque crucifigeretur, nullum ultus est talia scientem, sed omnia patienter tulit, contumelias, insidias, insaniam et importunum plebis illius furorem atque incursum, hæc omnia declaravit his verbis : *Calamum contritum non confringet, et finem fumigans non exstinguet, donec educat in victoriam iudicium, et in ipso Genes sperabunt (Hesai. 42. 5)*. Alius item locum, in quo nasciturus erat, indicat dicens : *Et tu, Bethleem, terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda : ex te enim eziel dux, qui regat populum meum Israel, et exitus ejus ab initio a diebus sæculi (Mich. 5. 2)*. Hic divinitatem et humanitatem declarat : nam cum ait, *et exitus ejus ab initio a diebus sæculi*, æternam ante secula existentiam demonstrat; cum vero ait, *Eziel dux qui regat populum meum Israel*, generationem secundum carnem. Ac vide rursus et hic aliam prophetiam refulgentem. Non enim dicit solum, ipsum esse nasciturum, sed etiam locum nobilem futurum esse, qui tunc erat ignobilis et exiguus : *Nequaquam enim minima es, inquit, in principibus Juda*.

*Totus orbis ad Bethleem videndam confluit.* — Sane totus orbis ad Bethleem videndam confluit, ubi natus repositus fuit, neque ulla alia quam hæc causa est. Alius iterum tempus quo venturus erat significavit his verbis : *Non deficiet princeps de Juda, neque dux*

<sup>1</sup> Quæ uncinis hic clauduntur non leguntur in textu Græco, neque apud Savinum; sed videntur ad seriem orationis pertinere, atque a veteri interprete lecta sunt.

ἡμῶν μὴ δὲ ὑποπτον γενέσθαι τὸν λόγον, ἀναγκαῖον τὰ βιβλία τῶν σταυρωσάντων αὐτὸν Ἰουδαίων εἰς μέσον προβαίνειν, καὶ τὰς περὶ αὐτοῦ μαρτυρίας ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς φυλάττομένων Γραφῶν ἐτι καὶ νῦν ὑπ' ἕως τῶν ἀπειθουσῶν διεξελθεῖν. Ὅτι τοῖνον ὁ Θεὸς ἀνθρώπος ἔσται, Θεὸς ὧν, πρῶτος Ἰερμίας λέγει· Ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Ἐξέειρε πᾶσαν ἐδὲν ἐπιστήμη, καὶ ὄδωκεν αὐτὴν Ἰακώβ τῷ πατρὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ οἱ τὰς ἀνθρώπων συναγεστράφη. Εἶδες πῶς ἅπαντα ἐν βραχείᾳ βήμασι παρεδίωκε, καὶ οὗ Θεὸς ὧν ἀνθρώπος ἐγένετο, καὶ ἀνθρώπος συνεστράφη, καὶ οὗ καὶ τῆς Παλαιᾶν αὐτὸς ἐνομοθέτησεν; Ἐξέειρε γὰρ, φησὶ, πᾶσαν ἐδὲν ἐπιστήμη, καὶ ὄδωκεν αὐτὴν Ἰακώβ τῷ πατρὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. Δεικνύσι γὰρ ἐνταῦθα ἐτι καὶ πρὸ τῆς παρουσίας τῆς ἐνάρκου πάντα αὐτὸς φκονομίαι, καὶ πάντα αὐτὸς ἐπαρτεῖ, νομοθετῶν, προνοῶν, κηθόμενος, εὐεργετῶν. Ἐτερος πάλιν προφήτης, οὗ οὐκ ἀνθρώπος μόνον ἔσται, ἀλλ' ἐτι καὶ ἀπὸ παρόντων τεχθήσεται, ἀκουσον πῶς φησιν· Ἰούδ ὁ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλεῖσονται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ· τοῦτο δὲ εἰς μεθερμηνεύμενον, [560] Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. Εἶτα δεῖκνύσι ἐτι οὗ φαντασία τὸ φανόμενον ἦν, ἀλλ' ἀλλοθὺς ἀνθρώπος, ἐπιγάγει λέγων· Διότι πρὶν ἢ γυνῶνα τὸ παιδίον καλεῖται πατέρα ἀγαθὸν ἢ κακόν, ἀπειθεῖ πορνεία τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν. Ὅτι δὲ αὐτὸς οὗτος οὐκ ἀνθρώπος μόνον, οὐδ' ἐτι ἐκ παρθένου μόνον, ἀλλ' ἐτι καὶ ἐξ οἴκου Δαυὶδ, ἀκουσον πῶς καὶ τοῦτο ἀνοθεῖν προλέγει ὁ Ἥσαϊας, τροπικῶς μὲν κεχρημένος· ταῖς λέξει, καὶ μεταφρησὶ πολλῆς, προλέγει δ' οὖν ὁμοῦ· Ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί, καὶ ἀνθρὸς ἐκ τῆς ῥίζης ἀναθήσεται, καὶ ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα Θεοῦ, πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχυρός, πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας, πνεῦμα φόβου Θεοῦ ἐμπληρῶν αὐτόν. Ὁ γὰρ Ἰεσσαί οὗτος πατὴρ τοῦ Δαυὶδ ἦν. Δῆλον ἐκ τούτου ἐτι καὶ ἀπὸ τῆς φυλῆς ἐκείνης ἦν. Οὐ μόνον δὲ ἐτι ἀπὸ τῆς φυλῆς, ἀλλ' ἐτι καὶ ἀπὸ τῆς οἰκίας Ἰεσσαί προλεύσεται, καὶ τοῦτο προανεφώνησεν, εἰπὼν Ἐξελεύσεται γὰρ, φησὶ, ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί· οὐ περὶ ῥάβδου λέγων ἀπλῶς, ἀλλὰ περὶ αὐτοῦ καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ. Καὶ οὗτο ἐπὶ τῆς ῥάβδου τοῦτο εἶπεν, ἐδήλωσε διὰ τὸν ἐξῆς· εἰπὼν γὰρ, Ἐξελεύσεται ῥάβδος, ἐπιγάγει· Καὶ ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτόν πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως. Οὐδὲς δὲ, κἂν σφόδρα ἀνήγχο; ἦ, τοῦτο λέγει, ἐτι ἐπὶ τοῦ ζήλου ἤρκετο ἢ τοῦ πνεύματος χάρις, ἀλλ' εὐδῆλον ἐτι ἐπὶ τὸν ναὸν ἐκείνον τὸν ἀμωμον. Διὰ τοῦτο οὐδὲ, ἔξει, εἶπεν, ἀλλ' ἀναπαύσεται· ἐπειθεῖ ἐλλῶν παρεμνε, καὶ οὐκ ἀπίστη. Ὁ δὲ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης ἐδήλων εἶπεν· Ἐγὼ θεθέμαι τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περισσέρων, καὶ μόνον ἐπ' αὐτόν. Οὐ παρεπίτησαν δὲ οὐδὲ τὴν γνώμη τῆν Ἰουδαϊκῆν, ἣν ἐπεδείξαντο ἅμα τεχθέντος αὐτοῦ· ὁ μὲν γὰρ Ματθαῖος φησιν· Ἀκούσας δὲ Ἠρώδης ἐπαράχθη, καὶ πῶσα Ἰερουσόλυμα μετ' αὐτοῦ· ὁ δὲ Ἥσαϊας ἀκουσον πῶς καὶ τοῦτο ἀνοθεῖν προανεφώνει λέγων· Θελοῦσιν ἐι ἐγενήσαντο πνεύματα σοφίας· ἐτι παιδίον ἐγενήθη ἡμῶν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῶν, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστός σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξου-

σιαστής, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ὅτι δὲ περὶ ἀνθρώπου οὐκ ἂν τις εἶποι τοῦτο φύλου, ἐδῶλον, καὶ τοῖς σφόδρα φιλονεικτικῶν ἐθέλουσι. Θεὸς γὰρ ἰσχυρὸς οὐδέ τις ἀνθρώπων ἐλέγη ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, οὐδὲ ἄρχων εἰρήνης τοιαύτης· Τῆς γὰρ εἰρήνης αὐτοῦ, φησὶν, οὐκ ἔστιν ἕριον. Καὶ ἐηλοῦ τῶν πραγμάτων ἡ φύσις, οὗτι πᾶσαν ἐπέβη τὴν γῆν, πᾶσαν θάλατταν, πᾶσαν οἰκουμένην, πᾶσαν δόκητον, καὶ ὄρη καὶ νάπας καὶ βουνοὺς ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἀπ' ἧς ἀνέρχονται μέλλον, πρὸς τοῦς μαθητὰς εἶπεν· Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, οὐ καθὼς ὁ κόσμος δίδωσι, δίδωμι ὑμῖν. Τὶ δῆποτε δὲ οὗτος εἶπεν ὁ Χριστὸς; ἢ μὲν γὰρ τῶν ἀνθρώπων εὐκατάλότης ἐστὶ, καὶ πολλὰς ἔχει τὰς μεταβολὰς· ἢ δὲ παρ' αὐτοῦ βεβαία, ἀκίνητος, παγία, μόνιμος, ἀθάνατος, τέλος οὐκ ἔχουσα, καὶ ταῦτα μυρίων πόλεμων πανταχῶθεν ἀναβρασπιθέντων, καὶ πᾶς ἑκάστην ἡμέραν μυρίων ἐπιβουλῶν γινομένων. Ἄλλ' ὁ πάντα ἀνύων αὐτοῦ λόγος καὶ τοῦτο ἦνσε μετὰ τῶν ἄλλων.

γ'. Οὐ μόνον δὲ ἐτι ἀνθρώπος ἔσται, ἀλλὰ καὶ τῆς παρουσίας αὐτοῦ τὸν τρόπον προεφήτευσαν. [561] Ἐπειθεῖ γὰρ ἐμελλε παραγίνεσθαι, οὐκ ἀστραπὰς ἀφίει, οὐ κεραυνὸς ἀνοθεῖν, οὐ σέλιον τὴν γῆν, οὐ κλονῶν τὸν οὐρανόν, οὐκ ἐκπλήξει τις ἀεραζόμενος, ἀλλ' ἀσφρητὶ καὶ μηθενὸς εἰδότης ἐν οἰκίᾳ τέκτονος ἐτέβη, ἐν οἰκίᾳ ἀσήμε καὶ εὐτελεῖ, ἀκουσον πῶς οὐδὲ τοῦτο παραεῖπεν ὁ Δαυὶδ εἰπὼν· Καταθήσεται ὁὗς ὑπέος ἐπὶ πόρον, τὸ ἀτάραχον, τὸ ἡσυχον διὰ τοῦτον δηλῶν. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς τότε μετὰ πάντων αὐτοῦ διαγωγῆς τὸ πρῶτον καὶ ἐπεικίαι· ἐμφανῶν ἄλλος προφήτης ὄρα τί φησιν· Ἐπειθεῖ γὰρ ὑβριζόμενος, ἐμπύθνομος, λοιδορούμενος, ἀτιμαζόμενος, μαστιζόμενος, τελευταῖον καὶ σταυρωθεὶς οὐδένα τῶν ταῦτα πεποιθέντων ἠμῶντο, ἀλλ' ἔφερον ἅπαντα μακροθύμως καὶ πρᾶως, ὡς τὰς ἀτιμίας, τὰς ἐπιβουλάς, τὴν μανίαν, τὸν θυμὸν τὸν ἀκαιρον ἐκείνου τοῦ δήμου, τὰς ἐφόδους, ταῦτα πάντα δηλῶν εἶγει· Κάλωρον συντετριμμένοι οὐ κατέβη, καὶ λίγρον τυφρόμενον οὐ σέβσει, ἕως ἂν ἐκβάλλῃ εἰς νίχους τὴν χρίσιν, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἔσθῃ ἐλπίουσι. Ἐτερος δὲ πάλιν καὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἐμελλε τίκεσθαι, ἐηλοῦ οὗτω λέγων· Καὶ σὺ, Βηθλέμ, γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη ἐν τοῖς ἠγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σου γὰρ μοι ἐξελεύσεται ἠρώμνος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραὴλ, καὶ αἱ ἐξοδοὶ αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος. Οὗτος καὶ τὴν θεότητα καὶ τὴν ἀνθρωπότητα δεῖκνύσι τῷ μὲν γὰρ εἶπεν, αἱ ἐξοδοὶ αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἐξ ἡμερῶν αἰῶνος, τὴν προαιώνιον ἐδήλωσε ὑπερῆν τῷ δὲ εἶπεν, Ἐξελεύσεται ἠρώμνος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραὴλ, τὴν κατὰ εἶρηκα γέννησιν. Καὶ ὄρα πάλιν καὶ ἐτέραν ἐνταῦθα προφητείαν διαλάμπουσας. Οὐ γὰρ μόνον ἐτι τεχθήσεται εἶπεν, ἀλλ' ἐτι καὶ ἐπίσημον ἔσται τὸ χωρίον, καίτοις εὐτελὲς δὲ καὶ μικρὸν· Οὐδαμῶς γὰρ ἐλαχίστη ἐν τοῖς ἠγεμόσιν Ἰούδα, φησὶ.

Πᾶσα τοῖνον ἡ οἰκουμένη συντρέχει νῦν ἰσθῶν τὴν Βηθλέμ, ἐνθα τεχθεὶς ἐτέθη, οὐδαμῶν ἐλλοθεν ἀλλ' ἢ ἐνταῦθεν μόνον. Ἄλλος πάλιν καὶ τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ ἐμελλε παραγίνεσθαι, ἐδήλωσεν οὗτως εἰπὼν· Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ

ἠγοῦμενος ἐκ τῶν μερῶν αὐτοῦ, ὡς ἂν ἔλθῃ ὡς ἀπόκειται. Καὶ αὐτὸς προσδοκία ἔθνων, δεσποῦν πρός ἅπαντας τὸν πᾶσαν αὐτοῦ, καὶ τῇ ἑλπίει τὸν πᾶσαν τῆς ἑνοῦ αὐτοῦ· πλυνεῖ ἐν ὄνῃ τὴν σκολιὰν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι στυμφυλῆς τὴν περιεβλήν αὐτοῦ· χαροκοὶ οἱ ὀρθαλομοὶ αὐτοῦ ἀπὸ ἰθιῶν, καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ἢ γάλα. Ὅρα καὶ ταύτην τὴν προφητείαν διαπρόψασαν. Τότε γὰρ παραγίνεσθαι, ὅτε λοιπὸν ἐπιλείπον οἱ ἔρχοντες οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ὑπὸ τὰ σκήπτρα τῶν Ῥωμαίων ἐγένοντο· καὶ οὕτως ἐπιηροῦτο καὶ ἡ προφητεία ἢ λέγουσα, ὅτι Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰουδα, οὐδέ ἠγοῦμενος ἐκ τῶν μερῶν αὐτοῦ, ὡς ἂν ἔλθῃ ὡς ἀπόκειται, τὸν Χριστὸν λέγουσα. Ὁμοίη τὴν γὰρ ἐτέλεθ, καὶ ἀπογραφὴ ἐγένετο ἐκείνη πρώτη, κρατάρχων Ῥωμαίων τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, καὶ οὗτὸ ζυγὸν τῆς οικείας βασιλείας ἀγαγόντων αὐτοῦ. Εἶτα καὶ ἄλλο παρασημαίνεται τῷ λέγειν· Καὶ αὐτὸς προσδοκία ἔθνων· παραγενόμενος γὰρ τὰ ἔθνη πάντα ἐπισπάσαστο. Ἐμελλεν δὲ Ἡρώδης, ἐπιζήτων ἀντὶν τεχθέντα, ἀναγαρὶν τὰ αὐτῶν παῖδια. Καὶ οὐδέ τοῦτο εἰσῆλθον οἱ προφῆται, ἀλλὰ πρό πολλῶν προαναφώνησαν [562] τῶν χρόνων εἰπόντες, Φωνὴ ἐν Ῥαμῇ ἠκούσθη, θῆνης καὶ κλωνιῶς καὶ ὀδύρμους παλῶς· Ῥαχὴλ κλωνίασα τὰ τέκνα αὐτῆς, καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἶσιν. Ἐμελλεν ἐξ Αἰγύπτου ἀνιέναι· καὶ τοῦτο ἐβήλων εἰπόντες· Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν Υἱόν μου. Ἄλλὰ καὶ ἐν τόποις φανεροῖς παραγενόμενος ἐμελλεν εὐθέως σημεῖα ποιεῖν καὶ διδάσκειν· καὶ τοῦτο προαναφώνηθη. Ἄκουε γὰρ Ἰσραὴλ λέγοντος· Χώρα Ζαβουλὼν, γῆ Νεφθαλεμ, ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει εἶδε φῶς μέγα, καὶ τοῖς καθημέροις ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς· τὴν παρουσίαν αὐτοῦ ἔντευσεν ὁλῶν τὴν ἐκτίσε [τὴν διδασκαλίαν], τὴν ἀπὸ τῶν θαυμάτων γενομένην αὐτοῖς ἐπίγνωσιν. Εἶτα πάλιν ἕτερα θαύματα διηγοῦμενος, καὶ δεικνύς πῶς χωλοῖς ἰθεράπευσε, πῶς τυφλοῖς ἴασαστο, πῶς ἀλλοῦς παρεσκεύασε λαλεῖν. Τότε ἀνοίχθησονται, φωνῆ, ὀρθαλομοὶ τυφλῶν, καὶ ὅλα κωφῶν ἀκούσονται. Καὶ μεθ' ἕτερα· Τότε ἄλειται ὡς ἑλασος ὁ χωλός, καὶ τραπὴ ἔσται ῥῥωσσα μοι· λέλων· ὅπερ οὐδέποτε γέγονεν, ἢ ἐπὶ τῆς παρουσίας αὐτοῦ. Ἐνίον δὲ σημεῖον καὶ ἰδικῶς ἐμνημόνευσεν. Εἰσῆλθε γοῦν ποτε εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ τὰ παῖδια εἰς ὑπομάρτια καὶ ἀδιάρθρωτον τὴν φωνὴν ἔχοντα ἦεν εἰς αὐτὸν ἔμους ἰερούς, οὕτως λέγοντα· Ὡσαντᾶ ἐν τοῖς ὑψίστοις· ἐκλογημένοι οἱ ἐρχόμενοι ἐν ὀνόματι Κυρίου. Τοῦτο ἔκωθεν προεπίει οἱ προφῆται οὕτω λέγων· Ἐκ στόματος νηπιῶν καὶ θηλαζόντων καταρτίσω αἶνον, τοῦ καταλύσαι ἐχθρὸν καὶ ἐκδικηγεῖν. Ὅρξ πῶς καθ' ἑαυτὴν ἢ φύσις ἀγωνιζομένη καὶ τὸν δημιουργὸν ἀνακηρύττουσα ἢ ἀπειρώκατος ἡλικία καὶ μήπω διαβροῦν φωνὴν δυναμένη ἀποστολικῶν ἀνεδέξαστο κήρυγμα;

δ. Ἐπειθὲ δὲ διαλεγόμενος ἄλλοις τοῖς Ἰουδαίοις διὰ τὴν ἀγνωμοσύνην αὐτῶν συνεικασιμένους τὰ πολλὰ ἐκείλετο, ὡς ἐν αἰνίγματι· καὶ παραβολαῖς, καὶ τοῦτο ἔκωθεν προελέθη· Φθέρξομαι προκλήματα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, ἐρεῖδομαι κερυμμένα ἀπ' ἀρχῆς. Ἄλλὰ καὶ τὴν σοφίαν τὴν ἐν τῷ δημηγορεῖν ἔκωθεν προανακηρύττων οἱ προφῆται ἔλεγεν· Ἐξ-

εχθρὴ ἢ χάρις ἐν χειρὶ σου· καὶ ἕτερος προφῆτης· πάλιν· Ἰδοὺ συνήθεται ὁ παῖς μου, καὶ ὑψώθησεται καὶ δοξασθήσεται καὶ μετειρωθήσεται σφόδρα. Καὶ τῆς παρουσίας αὐτῆς τὰ κατορθώματα τὰ μετὰ τῶν σημείων γινόμενα ὡς ἐν βραχεῖ διηγοῦμενος, πάλιν αὐτὸς οὕτως ἔλεγεν· Πνεῦμα Κυρίου ἔπα' ἐμὲ, οὐ ἔνεκεν ἐχθρῶς με, εὐαγγελισθεῖσα πτωχοῖς ἀπέσταλέ με, κηρύξαι ἀχμαλλοῖς ἀρεσιν καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. Ἐπειθὲ καὶ τὸν τοσαῦτα εὐεργετοῦντα αὐτοῦ ἐμελλὸν ἀποτρέφασθαι ἐβή καὶ μάτην, οὐ μικρὸν, οὐ μέγα ἔχοντας ἐγκαλεῖν, καὶ τοῦτο προανακηρύχθη. Ἄκουε γὰρ τοῦ αὐτοῦ τοῦτο αὐτὸ προβεβασιζόντος οὕτω καὶ λέγοντος· Μετὰ τῶν μουσόντων τὴν εἰρήνην ἡμῶν εἰρηνοῖς· δεῖν ἐλλοῦν αὐτοῖς, ἐπολέμουν με δωρεάν. Ἐμελλε καὶ ἐπὶ θου ὀνομαζόμενος οὕτως εἰς τὴν πόλιν εἰσέναι· καὶ τοῦτο ἀνωθεν προανακηρύχθη ὑπὸ Ζαχαρίου λέγοντος· οὕτω· Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών, κήνησε, θύγατερ Ἰερουσαλήμ· Ἰδοὺ ὁ βασιλεὺς σου ἔρχεται οἱ κρατὶ καὶ ἐπιθεθῆνός ἐπὶ ὀσφύριον καὶ πᾶσαν γένο. Ἐξέβαλε τοὺς πολυπότους τὰς περιστερὰς καὶ τοὺς κολλουσιτάς. Ἐποιεῖ δὲ τοῦτο αὐτὸς ζῆλον τῷ ὑπὲρ τοῦ οὐλοῦ, καὶ ἅμα δεκνύς ὅτι οὐκ ἀντιθέος τίς ἐστιν, ἀλλὰ καὶ [563] σύμφωνος τῷ Πατρὶ· διὰ καὶ ἐξέθηκε τὸν οἶκον ὡς ἐν αὐτῷ κατηλείβετο τοσαύτης γνημοσύνης. Οὐδέ τοῦτο καταλείβη ἀνεπιστήματος, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ ὁ προφῆτης Δαυὶδ προαναφώνησεν, καὶ τὴν γνώμην, μεθ' ἧς τὴν ἐκδίκησιν ἐπραξε, προαναφώνων λέγει· Ὁ ὄμιλος τοῦ οἴκου σου κατέγαγέ με. Τί τοῦτου γένοιτ' ἂν ἐναργέστερον; Ἐμελλε παραδοῦσθαι, καὶ κοινωνῶν αὐτῷ τῆς τραπίτης τὴν προδοσίαν ἐργάζεσθαι. Ὅρα πῶς καὶ τοῦτο προηγόρευσε ὁ αὐτὸς οὕτως προφῆτης λέγων· Ὁ ἐσθλὸν ἄρτους μου ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερυσμόν. Ἐκόπει δὲ καὶ τοῦ εὐαγγελιστοῦ τὴν συμφωνίαν· Ὁ ἐμβάλας, φησὶ, μετ' ἐμοῦ τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐν τῷ τυφλίῳ, οὐτὸς με παραδώσει. Ἐμελλεν ὁ παραδίδους αὐτὸν οὐχ ἀπλῶς παραδόναι, ἀλλὰ πᾶν τὸ αἷμα τὸ τίμιον, καὶ χρήματα ὑπὲρ τούτου λαμβάνων. Οὐδέ τοῦτο εἰσῆλθον οἱ προφῆται, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀναίσχυντα συμβόλαια, καὶ τοὺς λόγους, οὐς πρὸς ἀλλήλους ἐποιούτων, ἐμπαλῶν, Ὁ θεός, τὴν αἰνεσίαν μου μὴ παρασιμῆσης, ἔλεγεν, ὅτι στόμα ἀμαρτωλοῦ καὶ στόμα δολίου ἐπ' ἐμὲ ἠνοήθη. Ὁ αὐτὸς προδότης μεταγνοῦν ὑστερον ὑπὲρ ὧν ἐτόλμησε, τὰ τε ἀργύρια ἐβρίβη, καὶ δραμίων ἐπὶ βρόχον οὕτως τὸν βίον κατέλυσε, χρεῖα τὴν γυναικῆ καὶ ὄρφανὰ καὶ τέκνα παροδοῖς, καὶ ἐρημία τὴν οἰκίαν. Ὅρα πῶς καὶ ταύτην ἐκτραγυδεῖ τὴν συμφωνίαν ὁ προφῆτης οὕτω λέγων· Γενηθήτωσαν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ὄρφανοί, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ χήρα, σαλευθήτωσαν μεταστῆθήτωσαν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ ἐκκληθήτωσαν ἐκ τῶν οἰκοπέδων αὐτῶν. Ἄλλὰ καὶ ἀντ' ἐκείνων μετ' ἐκείνων γέγονε τίς ἀπόστολος ὁ Μάρκος. Καὶ τοῦτο πάλιν ὁ αὐτὸς προαναφώνων λέγων· Τὴν ἐπισκοπήν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος. Προδοθέντος αὐτοῦ καὶ συλληφθέντος ἐκόντος, συνίσταται δικαστήριον πολλῆς γέμον παρανομίας, Ἰουδαίον τε καὶ τῶν ἐθνῶν. Ὅρα πῶς καὶ αὐτὸ προβεβασιζέει ὁ Προφῆτης λέγων· Ἰναὶ ἐρρώσων ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; Οὐ ταῦτα δὲ μόνον προαναφώνησαν· ἀλλὰ καὶ τὴν στήν,



de femoribus ejus, donec veniat qui repositum est, et ipse expectatio Gentium: figans ad vineam pullum suum, et ad helicem pullum asinæ suæ. Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uxoris pallium suum. Jucundiores oculi ejus vino, et candidiores dentes ejus lacte (Gen. 49. 10-12). Vide hanc etiam prophetiam congruere. Nam tunc adventi, cum jam defluerent principes Judaici, et accepto Romanorum subdicerentur: et sic implicatur propheta, quæ dicit, *Non deficiet princeps de Juda, et dux de femoribus ejus, donec veniat, cui repositum est*, de Christo scilicet loquens. Nam statim atque natus est, et descriptio illa prima facta est, imperantibus Romanis Judæorum genti, cum eos sub imperii sui jugum egissent. Itemque aliud significatur his verbis, et ipse expectatio Gentium. Cum advenisset enim, omnes Gentes attraxit. Herodes, Jersum natum perquirens, pueros eo in loco intercepturus erat: et neque hoc siluerunt prophetæ, sed multis antea temporibus prædixerunt his verbis: *Vox in Rama audita est, luctus, fletus et clamor multus: Rachel plorans filios suos, et noluit consolari, quia non sunt* (Jer. 31. 15). Ex Ægypto reditus erat, et hoc prænuntiavit dicens: *Ex Ægypto vocavi filium meum* (Osæ 11. 1). Conspicua in loca venturus erat, ut statim ibi signa faceret et doceret: et hoc quoque prænuntiatum est; audi enim Hesaiam dicentem: *Regio Z-bulon, terra Nephthalim, populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam: sedentibus in tenebris et in umbra mortis lux orta est* (Hesai. 9. 1). Quibus significatur adventus ejus in illa loca, doctrina quoque, cognitio, quam a miraculis acceperunt. Deinde alia enarrans miracula, ostendens quo modo claudos curaverit, cæcos sanaverit, mujos loqui fecerit, ait: *Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum audient* (Hes. 35. 5); aliisque interpositis, *Tunc saliet, inquit, sicut cervus claudus, et clara erit vox balbutientium* (Ib. v. 6): quod scilicet numquam factum est, nisi in adventu illius. Signorum item aliquorum speciatim meminere: ingressus est enim aliquando in templum, et pueri adhuc lactentes, inexpectatamque adhuc habentes linguam cecinerunt in illum hymnos, sic dicientes, *Hosanna in excelsis: benedictus qui venit in nomine Domini* (Matth. 21. 9): hoc multo antea prædixerat propheta, *Ex ore, inquit, infantium et lactentium perfeci laudem, ut destruas inimicum et ultorem* (Psalm. 8. 3). Viden' quomodo contra seipsam decertans natura opificem prædicaret, et innocens ætas, necdum articulatam vocem emittere valens, apostolicam prædicationem suscipere?

4. *Judæos ingratos fore prædictum est.* — Quia vero cum Judæis aliquando disserens ob ingratum eorum animum multa subobscurè quasi in ænigmatè et parabola loquutus erat, idipsum quoque diu antea prædictum est: *Loquitur propositiones a fundatione mundi, eructabo abscondita ab initio* (Psalm. 77. 2). Quin et sapientiam ejus in concionando longis antea temporibus prænuntians propheta dicebat: *Diffusa est gratia in labiis tuis* (Psalm. 44. 3): et alius iterum propheta: *Ecce intelliget puer meus, et exaltabitur, et*

*glorificabitur, et valde sublimis erit* (Hesai. 52. 13). Adventus autem ipsius præclara gesta cum signis edita, quasi compendio enarrans, iterum is ipse dixit: *Spiritus Domini super me, propterea unxit me, evangelizare pauperibus misit me: prædicare captivis remissionem, et cæcis visus restitutionem* (Hesai. 61. 1). Quoniam Judæi tot ab eo beneficiis affecti frustra temereque ipsum aversaturi erant. licet eum nec in magno, nec in parvo possent arguere, illud quoque prædictum fuit: audi Davidem hoc ipsum vaticinantem his verbis: *Cum iis, qui oderant pacem, eram pacificus, cum loquebar illis, impugnabant me gratis* (Psal. 119. 7). Asino vectus ingressurus erat civitatem, et illud quoque jamdiu prænuntiatum fuerat a Zacharia sine loquente: *Gaude multum, filia Sion; prædica, filia Jerusalem: ecce rex tuus venit tibi manusctus, vectus supra subjugalem et pullum juvenem* (Zach. 9. 9). Ejecit vendentes columbas et nummularios, quod ille faciebat zelo domus Domini ductus, et ut simul ostenderet se non esse contrarium Deo, sed cum Patre consentientem: quare domum vindicabat, quod in ea hujusmodi negotiatio fieret: neque hoc silentio prætermisissimum est, sed idipsum propheta David vaticinatus est, et qua mente hanc sumptuosam vindictam esset prænuntiavit dicens: *Zelus domus tuæ comedit me* (Psalm. 68. 10). Quid hoc manifestus fuerit? Futurum erat ut proderetur, et mense illius consors proditiocem faceret. Vide quomodo hoc etiam prædixerit hic ipse propheta dicens: *Qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem* (Psalm. 40. 10); animadvertite item evangelistæ consonantiam: *Qui intinxit, inquit, necum manum suam in catino, hic me tradet* (Matth. 26. 23). Non modo traditor ille ipsius proditurus erat, sed etiam sanguinem pretiosum venditurus, accepta pro hac re pecunia: neque illud tacuit propheta, sed impudentia illorum pacta et sermones, quos inter se conferebant, retulit. [Nam ille dicebat, *Quid vultis mihi dare, et ego vobis illum tradam*; isti vero responderunt, *Triginta argenteos*. In ænigmatè dicit',] *Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est* (Psalm. 108. 1). Is ipse proditor demum ob tanta facinora seipsam damnans, cum argenteos projecit, tum ad laqueum currens, ita vitam clausit: viduamque uxorem, et filios pupillos reliquit, domumque desertam. Vide quomodo et hanc calamitatem tragice propheta prænuntiet his verbis: *Fiant filii ejus orphani, et uxor ejus vidua: mutantem transferant filii ejus, et ejiciantur de habitationibus suis* (Psal. 108. 9. 10). Post illum Matthias factus est apostolus, et hoc ipsum ille præfatus est his verbis: *Episcopatum ejus accipiat alter* (Ib. v. 8). Tradito et comprehenso Jesu libente ac volente, coactum est concilium iniquitate plenum, Judæorum simul ac Gentilium: vide quomodo id etiam prædixerit propheta dicens: *Quare fremuerunt Gentes, et populi meditati sunt inania* (Psal. 2. 1)?

<sup>1</sup> Quæ clauduntur hic uncinis usquequam habentur in textu Græco, nec in Editione Savil. sed illa vetus interpres legerat.

Neque tantum ista prænuntiarunt, sed etiam silentium, quod multis habitis sermonibus, oblatisque criminationibus ille servabat, prædixit Hesaias his verbis: *Sicut ovis ad occisionem ductus est, et sicut agnus coram tondente mutus, sic non aperuit os suum (Hesai. 53. 7)*. Postea corruptum iudicium declarans, *In humilitate, inquit, iudicium ejus sublatum est; id est, nullus de ipso juste judicavit. Deinde causam cædis patefacit. Nam quia non peccatorum suorum causa passus est, inculpatus enim et innoxius erat, sed pro mundi malis traditus est; vide quomodo hæc ambo subindicaverit, cum dixit: Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus (Hesai. 53. 9)*: per hoc enim cuius rei causa occisus sit declaravit. Sequitur et alia causa: *Pro iniquitatibus, inquit, populi mei ad mortem venit (Hesai. 53. 5)*. Neque vero tantum causam cædis, sed etiam quid lucri ex cruce et ex cæde illa accesserit ostendere volens, vide quomodo id prænuntiet his verbis: *Omnes sicut oves erravimus: homo in via sua aberravit: disciplina pacis nostræ super eum: livore ejus nos omnes sanati sumus. Deinde quia poenas daturi erant Judæi flagitorum hujusmodi, illud quoque declarat idem propheta cum dicit: Dabo improbos pro sepultura ejus, et divites pro morte ejus (Id. v. 9)*. Rursus David cum dixisset, *Abjiciamus a nobis jugum ipsorum (Psal. 2. 3)*, adjevit, *Qui habitat in caelis irridebit eos: tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos: quibus significat dispersionem eorum per totum terrarum orbem; quod etiam ipse Christus in Evangeliiis declarans dicebat: Eos autem qui me noluerunt regnare super se, abducite huc, et occidite eos (Luc. 19. 27)*. Præterea de cæde loquuti, modum ejus non sulerunt, sed illum indicavit David ita loquens: *Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea (Ps. 21. 17, 18)*; nec iniquitatem post mortem consequutam reticuit: nam dicit: *Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem (Psal. 21. 19)*.

*Sepultura Christi prædicta.* — Deinde quod sepultura tradendus esset declaravit bis verbis: *Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebris et in umbra mortis (Psal. 87. 7)*. Cum autem resurrecturus esset, vide quomodo hoc prænuntiarit: *Non derelinques, ait, animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem (Psal. 15. 10)*: alio item modo id Hesaias declarat: *Et Dominus, inquit, ipsum vult purificare a plaga, ostendere ei lumen, justificare justum, quis multis bene serviat (Hesai. 53. 10. 11)*. Quod ejus cædes peccatorum hominum solutio fuerit, id ipsum etiam indicavit his verbis: *Et ipse peccata multorum tulit (Ibid. v. 12)*. Quod homines a dæmonibus liberarit: *Et fortium, inquit, dividit spolia. Quod illud ipsum pro mortem effecerit, id non tacuit, sed ait: Pro eo quod in mortem tradita est anima ejus (Ibid.)* Quod toti orbi præficiendus esset sic declaravit: *Et ipse hereditate possidebit multos (Ibid.)* Deinde quoniam cum in infernum descendisset, omnia turbavit, strepitu atque tumultu universa replevit, arcenque destruxit; hanc rem non silentio præ-

terent, sed modo David dicit: *Attollite portas principes vestras, et elevamini portæ æternales, et introibit rex gloriæ (Psal. 23. 7)*; et modo Hesaias aliter, *Portus æreas confringam, et vectes ferreas conteram, et aperiam tibi thesauros tenebrosos, occultos, invisibiles ostendam tibi (Hesai. 45. 2)*: sic appellans infernum. Nam etiam infernus esset, at sanctas animas et vasa pretiosa servabat, nempe Abraham, Isaac et Jacob. propterea thesauros appellabat, tenebrosos autem, quia nondum sol justitie ibi fulserat, neque de resurrectione prædicaverat. Quod post resurrectionem non cum angelis constiturus esset, non cum archangelis, non cum alia administratoria virtute, sed in throno regio sessurus, audi quomodo David declarat: *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum (Psal. 109. 1)*.

